40772/A

PHARMACOPOEIAS

~~Royal College of Physicians of~~ Edinburgh

1784

34003

34503

PHARMACOPOEA EDINBVRGENSIS.

ADDITAMENTA

ADIECIT

ERNESTVS GODOFREDVS BALDINGER,

SERENISS. PRINCIP. LANDGRAVII HASSO-CASSELLANI CONSIL. AB AVLA ET ARCHIATER PRIMARIVS, ILLVSTR. COLLEG. CAROLINI PROF. PRAX. ORDINAR. NOSOCOMII CHARITATIS IN REBVS MEDICIS DIRECTOR, PHARMACOPOLII AVLAE INSPECTOR, COHORTIS PRAETORIANAE EQVITVM, LEGIONIS PRAETORIANAE PRIMAE PEDESTRIS, IVVENVM NOBILIVM, STIPENDIO PRINCIPIS MILITIAM DISCENTIVM MEDICVS ORDINARIVS, SOCIET. ANTIQVITAT. CASSELLIS MEMBR. CAET.

Editio in Germania altera.

BREMAE,

apud GEORG. LVDOV. FOERSTER,

MDCCLXXXIV.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

SERENISSIMO
AC
POTENTISSIMO
PRINCIPI
AC
DOMINO,
DOMINO
FRIDERICO II,
LANDGRAVIO HASSIAE REGNANTI,
PRINCIPI HIRSCHFELDIAE,
COMITI CATIMELIBOCI, DIEZAE,
ZIEGENHAYNAE, NIDDAE,
SCHAVMBVRGI, HANOVIAE,
CAET.
ORD. REGII BRITANNICI PERISCELIDIS,
ORD. REGII BORVSSIACI
AQVILAE NIGRAE EQVITI,
PRINCIPI AC DOMINO SVO
LONGE CLEMENTISSIMO
ESSE SACRVM IVBET

Seruorum
Fideliſſimus

E. G. Baldinger.

SERENISSIME

AC POTENTISSIME

PRINCEPS,

DOMINE LONGE

CLEMENTISSIME

Hoſtem neque miles, neque medicus profligare valet, niſi Armamentaria, cum bellica, tum medica, ſatis probe inſtructa ſint.

Quae medicamenta non ſanant, ferrum ſanat, CELSVS *ait. Ab omni retro aetate itaque cogitarunt medi-*

medici de praeſtantiori apparatu, cum medicamentorum, tum inſtrumentorum, non ſecus ac milites, de aptiori forma armorum, et de pulueris pyrii bonitate nuper. Alia ſtratagemata bellica hodie placent, quam quae olim in vſu erant, alia hodie acies vſitata, et diſciplina bellica adeo nunc exculta eſt, vt recentior cum veteri comparata, ſimplicitate ſua magis placeat.

Efficacia, ſelecta, cum ſimplicia, tum compoſita, recentiores commendant pharmaca, et quibus nulla eſt virtus remedialis, ea ſapientum conſenſu hodie exploſa ſunt.

Ciues ſeruare, ciuiumque numerum augere, princeps medicorum ſtudium eſt.

Inter

Inter alia munera Sereniſſime Princeps demandaſti mihi et iſtud Profeſſoris medicinae practicae Collegii illuſtris Carolini.

Tanti Principis iuſſu, vt facerem ſatis, ſtudium, quod antea colui, hic Caſſellis eadem cura et induſtria continuaui, qua olim in binis celebrioribus academiis, Ienenſi ac Gottingenſi eademque ſollertia hic alterum in annum docui, qua antea per quatuordecim annos.

Iam vero hoc ſpecimen lucubrationum mearum TIBI Sereniſſime Princeps exhibeo, ea qua decet pietate, et animo maxime deuoto, ceu publicum quoddam teſtimonium pietatis erga TE meae, obedientiae, nec non diligentiae

meae in tradendis artis medicae praeceptis, quam TE SERENISSIMO PRINCIPE iubente publice profiteor.

Votorum meorum ſumma haec eſt, vt nunquam TIBI diſpliceat ſtudiorum meorum ratio, nec non feruor in tradendis diſciplinis medicis.

Ita enim feliciſſimus mortalium emoriar

SERENISSIME
AC POTENTISSIME PRINCEPS
TANTI PRINCIPIS

Caſſellis
d. 21. Sept. 1783.

fideliſſimus ſeruus
ERNESTVS GODOFREDVS
BALDINGER.

PRAEFATIO.

Prodiit A. 1774 noua Editio Pharmacopoeae Edinburgenſis, emendata omnino, et ſapienti conſilio contracta, ac paſſim nouis medicamentis aucta, vt iure meritoque perpolita nuncupari poſſit, ſuisque auctoribus, viris eruditiſſimis, ſagaciſſimis, rerum vſu peritis, perquam digna. Eum librum cum librarius in Germania iterum prelo ſubiicere cogitaret, rogauit me nuper, vt nouae huius editionis curam ſuſciperem, ſique haberem addenda nonnulla, adderem ſimul, et acceſſionibus nonnullis meis locupletarem. Officio meo ſatisfeciſſem fortasſis omnino, ſi ſolummodo foras dediſſem accurate ſatis libellum hunc eximium. Etenim inſtituti ratio celeberrimi collegii medicorum Edinburgenſium, non permittere videbatur additamenta aliena. Ea enim auctorum erat mens, vt pharmacopolarum taber-

nias repurgarent a ſordibus atque quisquiliis cuiuscunque generis, et remedia quaeuis, quibus aut nulla eſt virtus remedialis, aut exigua ſaltim, proſcriberent. Selectum facile parabilium medicamentorum, qui ſufficeret in artis noſtrae exercitio, nobis apponere cogitarunt, et exemplar dederunt, perpaucis remediis ſingulorum morborum curam poſſe abſolui.

Jure vtuntur eruditi ſuo, quibus licet, quid ſentiant, ſincere et candide profiteri. Jure eodem vtor ego et meo, et data hac occaſione, ab omni tamen partium ſtudio longe alienus, moneo, videri fortaſſis, ſupellectilem illam nimis eſſe curtam, et partim nonnulla, quorum virtus medica aut nulla, aut valde exigua, immo noxia potius, quam ſalutaris dicenda, nimis liberaliter adhuc reliquis magis ſelectioribus adſcripta fuiſſe. Quod reſtat, aliis fortaſſis diſplicebit, plures formulas occurrere, quae viribus prorſus conueniunt, quod de iis inprimis intelligendum eſſe cenſeo, quae aromatum

prae-

praecipua genera adeo frequenter recipiunt, et viribus plane iisdem gaudent, vt non absque ſpecie veri affirmari poſſit, ſufficere iamiam vnam et alteram formulam ſtomachicorum illorum remediorum, et roborantium vulgo appellatorum.

Quae quidem cum cogitarem mecum, viſum eſt mihi omnino, iure aliquo poſſe nonnulla moneri. Ego vero ex longo iam tempore, ea mihi cognita et familiaria reddere coepi, quae de reformandis pharmacopolarum tabernis hoc ſeculo ſcripſerunt multi, quorum libellos auide congeſſi, atque frequenter, immo attento, vt decet, animo perlegi.

Inclaruerunt in eo ſtudii genere a temporibus Rivini ad noſtra vsque, Linnaevs, Wallerivs, Rosenivs, Cranzivs, Brendelivs, Cartheuservs, Beireis, aliique, nuperrime vero Cl. Wittwer *). Magnis

etiam

*) Diſſ. ſiſt. Ideam Diſpenſatorii noſtris temporibus accommodati. Arg. 1774.

etiam ſumtibus et multo labore inſignem the ſaurum coemi libellorum, qui ſeorſim quaeui remedia pertractant. Frequenter deniqu conſului principes huius ſeculi auctores, qu ſuper morbis horumque praecipuis remedii ſcripſerunt. Fuit etiam occaſio mihi expe riundi vires eorum, quae noſtro tempor magnis laudibus ornari ſolent, vt propri peritia edoctus ſim, quaenam prae ceteris ir artis exercitio iuſtas laudes mereri videantur Non itaque feſtinante calamo ſcripſi, quae additamenti loco nunc exhibeo, ſed longa demum meditatione enata, et ex aduerſariis meis ea omnia depromta ſunt.

Quum vero nolim falces in alienam meſſem immittere, quae mea ſunt, ſeorſim exhibeo, in gratiam eorum, qui medicam artem diſcere cupiunt, quorum commodis inſeruire volui, et quod inſtitutum, ab officio mihi clementiſſime demandato non alienum eſt. Poſtulat enim officium meum, vt edoceam iuniores medicos, quaenam ſelectiora remedia in ipſo artis exercitio eli-

genda

genda ſint ex immenſa farragine ac ingenti
multitudine eorum, quae ab omni tempore
in vſu fuerunt, et partim hodie adhuc ſunt,
ıe dubii anxii haeſitent potius in eligendis
emediis, quam in inueniendis indicationi-
ous ipſis. Nemo itaque vitio vertat mihi,
ıb omni vanitate, contradicendi, aut incla-
eſcendi ſtudio longe alieno, quum non dubi-
auerim, opportuna hac occaſione addita-
nentorum forma ea hic exponere, quae
dio tempore ſeorſim foras dare, iam du-
lum animo decreueram.

Ex longo vero iam tempore animaduer-
i, vanam eſſe eorum exſpectationem, qui
erſuaſum habent, fore vnquam, vt in ſta-
ilienda norma circa ſupellectilem pharma-
euticam conſentiant olim omnes. Eum
mnium conſenſum neque in re pharmac-
eutica, neque in aliis artis noſtrae diſci-
linis theoreticis exſpectare licet, vt cer-
e futuris ſeculis maneant etiam bella,
urgia, rixae eruditorum, quae noſtris tem-
oribus effecerunt, vt diſſentirent medici,

atque

atque partium ſtudio, pudet fere dicere ducti, laudarent hi, quod culparent illi.

Quae cum ita ſint, praeuideo, immo exſpecto, fore vt nimis ſeuerum iudicem me appellent non pauci, qui et hodie amant non pauca remedia, quae ſibi eripi aegre patiuntur. Neque polliceor mihi plauſum eorum, qui pauciſſimis remediis omnes morbos ſanari poſſe contendunt, quibus videbor nimis indulgens, quod voluerim conſeruare nonnulla, quibus nos facile poſſe carere iudicent.

Sed monendum eſt, me hic ſolummodo in gratiam eorum, qui ſtudio medico nauant operam, tradere voluiſſe notitiam eorum, quae viribus medicis neutiquam carent. Quotquot innotuerunt mihi principes medicorum, Boerhaavii, Hoffmanni, Meadii, vt taceam alios, hi omnes in artis exercitio ſibi demum elegerunt remedia nonnulla, tam ſimplicia, quam compoſita, quibut vſi ſunt. Sed licet pauca et vere experta remedia ſolummodo adhiberent, non

ideo

ideo negarunt, dari alia plura, quae efficacia. Inter ea vero, quae vere efficacia ſunt, medicus illa inprimis ſibi commendata habeat, quae vbique facile parabilia, quae ſitu et vetuſtate non adeo facile corrumpi ſoleant. Ex ſelectis itaque ſelectiora denuo eligere diſcimus rerum vſu, et nihilominus tamen praeſtat, non ignorare reliqua medicamenta efficacia, quae deficientibus aliis ſubſtitui poſſint loco horum, aut fortaſſis alibi facilius parabilia. Vt vero paucis ſciat, quid praeſtare voluerim, Lector, moneo, tribus partibus comprehendi poſſe additamenta mea, quarum vnam eſſe volui indicem remediorum praecipuorum, quibus eſſe poteſt iure aliquo locus in tabernis pharmacopolarum, altera continet animaduerſiones meas in nouam hanc Pharmacopoeam Edinburgenſem, quae ſiſtit nimirum rationes illas, cur exulare iubeam nonnulla, ſiue ſimplicia, ſiue compoſita, non pro auctoritate mea, ſed propter graues rationes, quas artis noſtrae theoretica principia ſubminiſtrant,

tertia denique recenſet remedia nonnulla, non mea, ſed aliorum auctorum, quibus ex aliquo iam tempore familiariter vtor in artis vſu, et quorum efficaciam et ii nunc propria peritia confirmant, qui a me ſunt edocti olim artis noſtrae praecepta. Et haec fere ſunt, quae praemonenda eſſe cenſui. Judices, rerum peritos et aequos, magni facio, cenſuras vero inanes, quae iactitant, vt hodie ſaepius fieri ſolet, magnam eruditionem, re vera autem ignorantiam produnt, aut quae maleuolentiam quandam et inuidiam redolent, ſperno. Scribebam Gottingae d. 29 Maii 1776.

E. G. Baldinger.

PRAEFATIO NOVA.

Cum de altera in Germania Pharmacopoeae Edinburgenſis editione adornanda cogitaret Nobiliſſimus FOERSTER, per litteras ad me datas interrogauit, num haberem quaedam ſiue corrigenda, ſiue addenda iis, quae olim adieceram priori editioni.

Inde factum eſt, vt ſerius cogitarem de perpoliendis additamentis meis, olim euulgatis. Etenim ab eo tempore prodiere: Pharmacopoeae Suecicae editio altera, Pharmacopoea Roſſica, Diſpenſatorium nouum Brandenburgenſe, Pharmacia Caſſellana, nuper à Cl. PIDERIT denuo adornata, SPIELMANNI, ante paucos dies nobis erepti, pharmacia generalis, Pharmacia Würceburgenſis, nec non libri ad materiam medicam, virorum Cl. MVRRAYI (Volumina duo, reliqua enim

adhuc deſiderantur), BERGII (item duo Volumina) MELLINI, amici noſtri veteris editio altera, SCHERFFII, Pharmacia in vſum minorum vrbium, Viri doctiſſ. olim auditoris mei, item libri argumenti chymici et pharmaceutici, BVCHOLZII, CRELLII, WEIGELII, WIEGLEBII, MOENCHII, HOEPFNERI, quos e numero amicorum meorum omnes eſſe, laetor, ne obliuiſcar aliorum, quorum aeque praeclara ſunt merita in materiae medicae ſtudium, v. c. MACQVERI, LEONHARDI, auctorum diarii phyſici medici ac chemico-pharmaceutici, quod CRELLIO eruditiſſimo debemus etc.

Quae itaque a nuperis ſparſim dicta et annotata leguntur, ea ſuis locis addere, princeps cura mea fuit, princepsque labor meus. Ab anno ſaeculi huius 54 coepi colligere ſcripta fere omnia, quae ſtudium materiae medicae, chymiae, pharmaciae, tractant, et horum iam penes me eſt eximia collectio.

Haec

Haec ſedulo legi, excerpſi, quae vtilia, quae notatu digna credidi prae caeteris. Inuentores rerum chymico - medicarum vbique annotare, tironum cauſſa, non ſuperfluum credidi.

Ab Anno 1768 denuo quotannis materiam medicam, et aliquoties ab illo tempore Pharmaciam docui, non ſine applauſu auditorum, quorum permulti iam in aliis celebrioribus academiis eruditi, et in re medica non mediocriter verſati, hinc minime rudes.

Semel Gottingae, anno ſcil. 74 coram 47 Pharmaciam, et anno 78 coram 14 auditoribus docui materiam medicam.

Vi muneris itaque atque officii, legenda erant quaeuis noua ſcripta, quae ab eo tempore prodiere, vt ſcilicet non ignorarem, quae geſta, quae noua inuenta, quae emendata, in vtraque diſciplina de medicamentis.

Sed cum eruditionis copia tanta ſit hodie, vt per ſemeſtre, nonniſi ſelectiora, ſcitu maxime neceſſaria, tradi queant, hoc inprimis princeps ſtudium meum fuit, vt in Epitomen quandam, vniuerſam doctrinam de

materia medica, et de pharmacis arte parandis, redigerem. Qua fortuna id a me effectum ſit, hoc alii diiudicent, candide, penes quos eſt poteſtas, de hoc labore, ſtudioque iudicandi.

Quae priori editioni in Germania Pharmaciae nouae Edinburgenſis adieci, maxime tironum cauſſa, placuiſſe Edinburgenſibus ipſis, eſt quod laetor atque glorior. Plauſum horum tuliſſe in *medical commentaries*, quae Edinburgi a ſocietate eruditorum euulgantur, maximum laboris mei cenſeo praemium.

Quaedam monuit Cenſor Berolinenſis, cui reſpondi in Promptuario meo. Diſſenſus Cenſoris illius cauſſa haec princeps fuit, quod interdum non ſtatim intelligeret mentem meam, et rationes illas, quae effecerunt, vt interdum hoc vel illud medicamentum vel admitterem, vel repudiarem.

Solus Cenſor Hafnienſis, qui more ſuo ſolito, hoc eſt, inepte facit omnia, non veritatis amore, ſed inuidia et rixandi libidine,

qua

qua prurit perpetuo, ductus, plenis buccis contumelioſa verba, et quidquid in buccas veniret, effutire nullus dubitauit —. Non inuideo homini garrulitatem, morum laſciuiam, ſcriptionis genus et quae ſunt eius dotes, quibus ſe excellere credidit, ſibi ſoli ſapiens.

Redeo in viam. Arduus ſane labor eſt, noſtra aetate Epitomen doctrinae medico-pharmaceuticae totius ſcribere. Si quis forſan dubitet, hunc rogo, ipſe vires experiri velit atque periclitari, quid humeri valeant.

Nonnullis forſan videar cenſor nimis ſeuerus, quod haec vel illa omiſerim, aliis e contrario non placebit, quaedam me admiſiſſe, quae illis ſuperflua videntur. Sed legant velim, quae de retinendis vel abiiciendis pharmacis nuperrime ſcripſere: Anonymus, in diario medico Francofurtenſi, p. 25. h. a. et Cl. Meyer, in annotatis ſuper diſpenſatorio conſignando, in Promptuario meo.

In tanto doctorum virorum diſſenſu, princeps cura, princeps labor fuit, vt quae nomina-

rem, in catalogo, tum ſimplicium, tum compoſitorum, efficacia eſſent omnia, ſolaque expungerem, quae omnium conſenſu expungenda, et e pharmacopolarum tabernis proſcribenda, quibus accenſeo obſcoena, laſciua, ſordida, ſuperſtitioſa, incerta, infida, dubia, noxia pharmaca.

Sed mentio facienda erat alimentorum, aromatum, venenorum, ſuis locis, cum omnis notio medicamenti non ſit abſoluta, ſed relatiua, vt hoc barbaro vocabulo vtar. Tironum et medicorum praxin ineuntium in gratiam maxime ſcripſi, non vero medicis peritis, doctis, qui non neglexere recentiorum legere libros — et in ſuccum et ſanguinem vertere. Repertorium quoddam conſignaui, vt vno intuitu quaſi pateret, quae in tot libris ſparſim occurrunt, quae ad meliorem materiae medicae doctrinam faciunt —.

Dedi Catalogum medicamentorum ſimplicium, praeparatorum pharmaceutico-chemicorum, compoſitorum. Tandem adieci Biblio-

bliothecam ſelectiorem, et Diſpenſatoria, quotquot innotuere mihi, nominaui. Quae poſſideo ipſe et legi, aſteriſco notaui.

Moniti illius: *nonum prematur* liber *in annum*, certe memor fui, cum de edenda Epitome totius ſtudii pharmaceutici cogitarem, et neutiquam feſtinante calamo ſcripſi, ſed quae longe ac diu meditatus ſum per longam annorum ſeriem. In magnis voluiſſe ſat eſt. Neminem enim ſcio, qui ſimile quid meditatus eſſet ante me. Sed forte paucos poſt annos, noua cura adhibenda erit, in conſignanda ſimili Epitome, nam quotidie fere augetur moles aſſeruandorum in officinis phamacopolarum, et minus olim placebit ſelectus, qui hoc ipſo temporis momento placet — Alio tempore, alioque loco, ſcilicet in nouo diario, quod me auctore prodibit in officina libraria Gottingenſi Nobiliſſimi Dietrich, de reformatione totius ſtudii materiae medicae, poſt tempora Rivini, qui ſaeculi huius initio Cenſuram

ram ſcripſit, dicam prolixiori ſermone de omnibus ac ſingulis, quae hic vel verbo tantum attingere potui, ne prolixitate quadam diſpliceat Epitome noſtra.

Doctorum virorum monita grauiſſima rationibus fulta, exoptatiſſima mihi erunt, eaque pro merito magni faciam, nec deſinam limam adhibere, quamdiu vixero. —. Ita ſatis patere arbitror, quae ſit mea bene merendi cupiditas. — Non pauci dilectorum auditorum quondam meorum, hunc libellum a me rogarunt, quem nunc prodire iubeo, vt haberent, nempe eam ob cauſſam, vt in memoriam facile poſſint reuocare, quae a me olim dicta, et annotata, pro viribus nempe, vt muneris rationem poſcere viſum eſt. Haec ſunt quae dicenda habui. Scripſi Caſſellis d. 21 Septembr. 1783.

E. G. Baldinger.

PHAR-

PHARMACOPOEA
EDINBURGENSIS.

NOMINA SOCIORUM.

Gulielmus Cullen, *Præſes et Elect. Med. Reg. Primar. et in Acad. Edinb. Medicin. Prof.*
Joannes Rutherfoord, *in Acad. Edinb. Medicin. Prof. emeritus.*
D. Alexander Dick, *Baronetus.*
D. Joannes Pringle, *Baronetus, Regin. Med. ord. Societ. Reg. Londin. Præſes.*
Jacobus Baird, *Elect.*
Stuartus Threipland, *Elect.*
Joannes Boſwell.
Jacobus Lind, *Noſocom. Haſlar. Med.*
Colinus Drummond.
Franciſcus Home, *Elect. Med. Reg. et in Acad. Edinb. Medicin. et Mat. Med. Prof.*

Gulielmus Cumming.
Alexander Stevenſon, *in Acad. Glaſg. Medicin. Prof.*
Joannes Fothergill.
Gregorius Grant, *Elect. et Cenſor.*
Alexander Monro, *Elect. Collegii ab epiſtolis, et in Acad. Edinb. Medicin. et Anat. Prof.*
Gulielmus Baylies.
Thomas Glen.
Robertus Ramſay, *Elect. et in Acad. Edinb. Hiſtor. Natural. Prof. Reg.*
Joannes Gardiner, *Bibliothecarius.*
Joannes Hope, *Cenſor, in Acad. Edinb. Medicin. et Botan. Prof. et Noſocom. Reg. Edinb. Med.*
Thomas Young, *in Acad. Edinb. Artis Obſtetriciæ Prof.*
Gulielmus Butter.
Jacobus Walker.
Thomas Livingſton.

Robertus Petrie.
Maxwell Gartſhore.
Andreas Wilſon.
Joannes Morgan, *in Schol. Illuſtr. Philadelph. Medicin. Prof.*
Joannes Steedman, *Noſocom. Reg. Edinb. Med.*
Jacobus Hay, *Collegii ab Ærario.*
Joſephus Black, *in Acad. Edinb. Medicin. et Chem. Prof.*
Jacobus Mackittrick.
Gulielmus Shippen, *in Schol. Illuſtr. Philadelph. Anatom. Prof.*
Gulielmus Macfarlane, *ab Macfarlane.*
Jacobus Spence.
Jacobus Lind.
Georgius Tailour.
Andreas Duncan.
Martinus Eccles.
Jacobus Hamilton.

Gulielmus Buchan.
Robertus Hamilton.
Edwardus Spry.
Nathaniel Spens.
Jacobus Hunter.

SOCII HONORARII.

Henricus Dux de Buccleugh.
Joannes Comes de Bute.

Comes Joannes Baptiſta Carburi, *Regi Galliæ a conſiliis medicis, in Acad. Taurin. Medicin. Prof. Primar.*

Albertus v. Haller, *in Supremo Senatu Bernenſi Ducentumvir, Societ. Reg. Scient. Gotting. Præſes.*

Carolus a Linné, *Eques Aur. de Stella Polari, Regis Sueciæ Archiat. Medicin. et Botan. in Acad. Upſal. Prof.*

Hiero-

Hieronymus David Gaubius, *Principis Auriaci Archiat. in Acad. Leydenſ. Medicin. Prof.*

HONORARIUS ex officio.

Jacobus Flint *in Acad. Andreapol. Medicin. Prof. Chandoſſ.*

PERMISSI.

David Horſeburgh.
David Spence.

LECTORI S.

CUM, opinionum commentis plurimis die tandem deletis, experimenta nova ſcientiam multum provexerint, Pharmacopœiam noſtram retractandam rati, eam, qua potuimus cura, emendatam et expolitam denuo in lucem edimus.

Catalogum materiæ medicæ multo, quam ante, breviorem dedimus; non quod alia adverſus morbos auxilio eſſe infitiaremur, ſed quia omnia, niſi in præſentibus curationibus adhiberi ſolita, inde recidenda, et pharmacopœis, quæ in officinis ſervare ſemper deberent, legem certam dandam, arbitraremur. Quæ-

dam; quibus nunc etiam utimur, omiſſa, et conſulto, ſunt, ea ſcilicet, quæ in cellis et promptuariis omnium fere domuum reperiuntur. Complura olim præparatis adnumerata, propterea quod a pharmacopœis nec commode parabantur, nec nobis quidem, cum ab aliis artificibus melius acciperentur, parari placebat, ad materiæ medicæ catalogum transtulimus.

Plantas, quæ inde, ubi naſcuntur, ab ipſo pharmacopœo colligendæ ſunt, quo cuivis botanices peritiori cognitu faciliores eſſent, adjectis illuſtris collegæ noſtri Caroli a Linné nominibus ſpecificis, diſtinguendas judicavimus.

Medi-

Medicamentorum compoſitorum ordinem priorem, ut manifeſto minus idoneum, mutavimus; et, licet quis optimus ordo ſit parum forſitan conſtet, nos eum ſaltem, qui ſimplex et ſatis commodus videbatur, ſecuti ſumus. Unde ſi quid incommodi utut orietur, id adjectus index facile ſublevabit.

Medicamenta præparata et compoſita multa, priore Pharmacopœia comprehenſa, hic prætermiſſa ſunt: primum, ea prope omnia, quæ in officinis vix recte ſervari parata poſſunt, tum ſolum, cum in præſentem uſum requiruntur, paranda, et ſic porro ad arbitrium uniuſcujuſque medentis variari permittenda; deinde

de ea, quæ quamvis priſtino uſu ſancita, præſens omnino neglexit. Quod ſi jure rejicienda pauca retinentur, hæc quorundam conſuetudini venia danda erat. Nonnulla nova recepta ſunt, ſed ſola, quæ aut experientia propria, aut virorum gravium teſtimonia, commendarant.

Encheireſes ubique maxime idoneas, ſed raro fuſius aut explicatius, et eo tantum usque, quantum pharmacopœo peritiori ſufficiat, præcepimus; artis pharmaceuticæ trivialia docere haud noſtrum eſſe exiſtimantes.

Multa hactenus uſitata, qualia aut in errorem ducere viderentur, aut a priorum chemicorum jactantia et myſte-

myſterii ſtudio orta eſſent, quantum tuto fieri poterat, nomina commutavimus, et, quoties licebat, in aliis imperii Britannici partibus iisdem medicamentis imponi ſolita potiſſimum adhibuimus. Neve quem nomina nova errorem inferrent, his priora ubique fere ſubjecimus.

Ponderum et menſurarum, queis perpetuo utimur, inter ſe rationem pagina ſequens monſtrabit.

EDINBURGI, *ex ædibus Collegii*, XI *kal. Auguſt.* MDCCLXXIV.

PON-

PONDERA
ET
MENSURÆ.

Firma et ſicca ſemper ponderanda ſunt, et eadem ac in auri et argenti commercio pondera adhibenda; ſed uncia aliter dividitur; ut hinc patebit.

Libra	valet	uncias duodecim.
Uncia		drachmas octo.
Drachma		ſcrupulos tres.
Scrupulus		grana viginti.

Liquida omnia, niſi contra diſerte præcipietur, metienda; eædemque quibus vinum metimur menſuræ ſunt, quarum inter ſe hæc ratio eſt.

Congius	habet	libras octo.
Libra		uncias ſedecim.
Uncia		drachmas octo.

ORDO

ORDO CAPITUM.

Pag.

Materia Medica, - - - 3
Præparata et Composita, 37
Simplicium Præparationes, 39
Conservæ, - - - 43
Succi, - - - - 44
Olea Expressa, - - - 46
Emulsiones, - - - 47
Infusa, - - - - ib.
Decocta, - - - 51
Vina, - - - - 53
Aceta, - - - 56
Tincturæ, - - - ib.
Extracta, - - - 71
Aquæ Stillatitiæ Simplices, - - - - 73
Aquæ Stillatitiæ Spirituosæ, - - - 74
Spiritus Stillatitii, - - 75

Olea

ORDO CAPITUM.

	Pag.
Olea Stillatitia, -	76
Oleosa, - - - -	79
Sales et Salina, - -	ib.
Metallica, - - -	94
Syrupi, - - - -	108
Pulveres, - - -	114
Electuaria, - - -	116
Pilulæ, - - - -	119
Trochisci, - - - -	123
Unguenta, - - -	125
Emplastra, - - -	131

MATERIA MEDICA;

SIVE,

CATALOGUS MEDICAMENTORUM SIMPLICIUM ET QUORUNDAM PRÆPARATORUM, QUÆ A PHARMACOPOEO IPSO NON PRÆPARANTUR, SED IN OFFICINA EJUS SEMPER PRÆSTO ESSE DEBENT.

MATERIA MEDICA.

ABROTANUM. In uſu eſt *Herba.*
Artemiſia foliis ramoſiſſimis ſetaceis, caule erecto ſuffruticoſo. Linnæi Species Plantarum, Edit. 1762, pag. 1185.

Abſinthium. In uſu ſunt *Folia*, *et Summitates florentes.*
Artemiſia foliis compoſitis multifidis, floribus ſubgloboſis pendulis, receptaculo villoſo. Linn. Sp. Pl. pag. 1188.

Acetoſa. *Folia.*
Rumex floribus dioicis, foliis oblongis ſagittatis. L. Sp. Pl. 481.

Acidum vitriolicum.
Spiritus vitrioli fortis. Pharm. Lond
Oleum vitrioli vulgo dictum.

Aconitum. *Folia.*

Aconitum foliorum laciniis linearibus ſuperne latioribus linea exaratis. L. Sp. Pl. 751.

Acorus. *Radix.*

Calamus aromaticus.

Acorus. Varietas α. L. Sp. Pl. 462.

Ærugo.

Agaricus.

Boletus acaulis pulvinatus lævis, poris tenuiſſimis. L. Sp. Pl. 1645.

Allium. *Radix.*

Allium caule planifolio bulbifero, bulbo compoſito, ſtaminibus tricuſpidatis. L. Sp. Pl. 435.

Aloe hepatica, *ſive Barbadenſis.*

Aloe Socotorina.

Althæa. *Radix.*
Althæa foliis ſimplicibus tomentoſis. L. Sp. Pl. 966.

Alumen.

Ambra griſea.

Amygdalæ amaræ.

Amygdalæ dulces.

Anchuſa. *Radix.*
Anchuſa tomentoſa, foliis lanceolatis obtuſis, ſtaminibus corolla brevioribus. L. Sp. Pl. 192.

Anethum. *Semen.*
Anethum fructibus compreſſis. L. Sp Pl. 377.

Angelica ſativa. *Radix, Folia, Semen.*
Angelica foliorum impari lobato. L. Sp. Pl. 360.

Angelica ſylveſtris. *Radix.*

Angelica foliis æqualibus ovato-lanceolatis ſerratis. L. Sp. Pl. 361.

Aniſum. *Semen.*

Pimpinella foliis radicalibus trifidis inciſis. L. Sp. Pl. 379.

Antimonium.

Stibium.

Ariſtolochia tenuis. *Radix.*

Ariſtolochia foliis cordatis, caule erecto, floribus axillaribus confertis. L. Sp. Pl. 1364.

Artemiſia. *Folia.*

Artemiſia foliis pinnatifidis planis inciſis ſubtus tomentoſis, racemis ſimplicibus recurvatis, floribus radio quinquefloro. Linnæi Syſtema Naturæ, Edit. 1767, pag. 542.

Arum. *Radix.*

Arum acaule, foliis haſtatis integerrimis,

rimis, ſpadice clavato. L. Sp. Pl. 1370.

Aſa fœtida.

Aſarum. *Folia.*

Aſarum foliis reniformibus obtuſis binis. L. Sp. Pl. 633.

Atriplex fœtida. *Herba.*

Chenopodium foliis integerrimis rhomboideo-ovatis, floribus conglomeratis axillaribus. L. Syſt. Nat. 195.

Aurantium Hiſpalenſe. *Folia, Fructus, ſuccus et cortex exterior.*

Aurantium Curaſſavenſe; *ſive, Aurantia enaſcentia immatura.*

Axungia porcina.

Balauſtia. *Vide* Granata malus.

Balſamum Canadenſe.

Balſamum Copaibæ.

Balſamum Peruvianum.

Balſamum Tolutanum.

Bardana. *Radix.*
Arctium foliis cordatis inermibus petiolatis. L. Sp. Pl. 1143.

Belladonna. *Folia.*
Solanum lethale.
Atropa caule herbaceo, foliis ovatis integris. L. S. Pl. 260.

Benzoinum.

Biſtorta. *Radix.*
Polygonum caule ſimpliciſſimo monoſtachyo, foliis ovatis in petiolum decurrentibus. L. Sp. Pl. 516.

Bolus Gallica.

Borax.

Bryonia. *Radix.*
Bryonia

Bryonia foliis palmatis utrinque calloſo-ſcabris. L. Sp. Pl. 1438.

Calamus aromaticus. *Vide* Acorus.

Camphora.

Canella alba.

Cantharides.

Cardamomum minus. *Semen decorticatum.*

Carduus benedictus. *Herba.*

Centaurea calycibus duplicato ſpinoſis lanatis involucratis, foliis ſemidecurrentibus denticulato-ſpinoſis. L. Sp. Pl. 1296.

Carvi. *Semen.*

Carum. L. Sp. Pl. 378.

Caryophylla aromatica. *Fructus et eorum oleum ſtillatitium.*

Caryophylla rubra. *Flores.*

Dianthus

Dianthus floribus ſolitariis, ſquamis calycinis ſubovatis breviſſimis, corollis crenatis. L. Sp. Pl. 587.

Caſcarilla. *Cortex.*

Caſſia fiſtularis.

Caſtoreum.

Centaureum minus. *Summitates florentes.*

Gentiana corollis quinquefidis infundibuliformibus, caule dichotomo.

Cera alba et flava.

Ceruſſa.

Chamæmelum. *Herba et Flores.*

Anthemis foliis pinnato compoſitis linearibus acutis ſubvilloſis. L. Sp. Pl. 1260.

Cicuta. *Folia, Semen.*

Conium ſeminibus ſtriatis. L. Sp. Pl. 349.

Cincho-

Cinchona. *Vide* Cortex Peruvianus.

Cinnabaris factitia.

Cinnamomum. *Cortex et ejus oleum ſtillatitium.*

Cochinillæ.

Cochlearia. *Herba.*

Cochlearia foliis radicalibus ſubrotundis, caulinis oblongis ſubſinuatis. L. Sp. Pl. 903.

Colchicum. *Radix.*

Colchicum foliis planis lanceolatis erectis. L. Sp. Pl. 485.

Colocynthis. *Fructus, cortice ſeminibusque adjectis.*

Colomba. *Radix.*

Contrayerva. *Radix.*

Convallaria. *Radix.*

Sigillum Salomonis.

Convallaria foliis alternis amplexicauli-

caulibus, caule ancipiti, pedunculis axillaribus ſubunifloris. L. Sp. Pl. 451.

Coriandrum. *Semen.*
Coriandrum fructibus globoſis. L. Sp. Pl. 367.

Cornu cervi calcinatum; *vel, Oſſa animalium calcinata.*

Cortex Peruvianus.
Cinchona.

Creta alba.

Crocus. *Florum ſtigmata.*
Crocus ſpatha univalvi radicali, corollæ tubo longiſſimo. Var. α. L. Sp. Pl. 50.

Cuminum. *Semen.*
Cuminum. L. Sp. Pl. 365.

Curcuma. *Radix.*

Cydonia mala, et eorum ſemina.
Pyrus

Pyrus foliis integerrimis, floribus ſolitariis. L. Sp. Pl. 687.

Daucus ſylveſtris. *Semen.*

Daucus ſeminibus hiſpidis, petiolis ſubtus nervoſis. L. Sp. Pl. 348.

Dens leonis. *Vide* Taraxacum.

Dictamnus albus. *Radix.*

Dictamnus. L. Sp. Pl. 548.

Dulcamara. *Stipites.*

Solanum caule inermi fruteſcente flexuoſo, foliis ſuperioribus haſtatis, racemis cymoſis. L. Sp. Pl. 264.

Enula campana. *Vide* Helenium.

Eryngium. *Radix.*

Eryngium foliis radicalibus ſubrotundis plicatis ſpinoſis, capitulis pedunculatis, paleis tricuſpidatis. L. Syſt. N. p. 202.

Flammula Jovis. *Folia, Flores.*

Clema-

Clematis foliis pinnatis: foliolis ovato-lanceolatis integerrimis, caule erecto, floribus pentapetalis tetrapetaliſque. L. Sp. Pl. 767.

Fœniculum dulce. *Semen.*
Anethum fructibus ovatis. L. Sp. Pl. 377.

Fœniculum vulgare. *Radix.*
Anethum fructibus ovatis. Var. β. L. Sp. Pl. 377.

Fœnum Græcum. *Semen.*

Fuligo ligni.

Fumaria. *Herba.*
Fumaria pericarpiis monoſpermis racemoſis, caule diffuſo. L. Sp. Pl. 984.

Galbanum.

Gallæ.

Gambogia.

Geniſta.

Geniſta. *Summitates.*
Spartium foliis ternatis ſolitariisque, ramis inermibus angulatis. L. Sp. Pl. 996.

Gentiana. *Radix.*
Gentiana corollis ſubquinquefidis rotatis verticillatis, calycibus ſpathaceis. L. S. N. 199.

Glycyrrhiza. *Radix.*
Glycyrrhiza leguminibus glabris, ſtipulis nullis, foliolo impari petiolato. L. S. N. 490.

Granata malus. *Cortex fructus, Flores pleni Balauſtia dicti.*

Guajacum. *Lignum, Gummi.*

Gummi Ammoniacum.

Gummi Arabicum.

Gummi tragacanthæ.

Hedera terreſtris. *Herba.*
Glechoma foliis reniformibus crenatis. L. Sp. Pl. 807.

Helenium. *Radix.*
Enula Campana.
Inula foliis amplexicaulibus ovatis rugoſis, ſubtus tomentoſis, calycum ſquamis ovatis. L. Sp. Pl. 1236.

Helleborus albus. *Vide* Veratrum.

Helleborus niger. *Vide* Melampodium.

Hippocaſtanum. *Fructus.*
Eſculus floribus heptandris. L. Sp. Pl. 488.

Hydrargyrus.
Argentum vivum.
Mercurius.

Hydrolapatum. *Radix.*
Rumex floribus hermaphroditis; val-

vulis

vulis integerrimis nudis, foliis cordatis glabris acutis. L. S. N. 255.

Hyoſcyamus. *Herba, Semen.*

Hyoſcyamus foliis amplexicaulibus ſinuatis, floribus ſeſſilibus. L. Sp. Pl. 257.

Hypericum. *Herba, Flores.*

Hypericum floribus trigynis, caule ancipiti, foliis obtuſis pellucido punctatis. L. Sp. Pl. 1105.

Hyſſopus. *Herba.*

Hyſſopus ſpicis ſecundis foliis lanceolatis. L. S. N. 389.

Jalappa. *Radix.*

Imperatoria. *Radix.*

Imperatoria. L. Sp. Pl. 371.

Ipecacuanha. *Radix.*

Iris Florentina. *Radix.*

Iris paluſtris. *Radix.*
Iris paluſtris corollis imberbibus, petalis interioribus ſtigmate minoribus, foliis enſiformibus. L. Sp. Pl. 56.

Juniperus. *Baccæ.*
Juniperus foliis ternis patentibus mucronatis, bacca longioribus. L. Sp. Pl. 1470.

Kino. *Gummi.*
Gummi rubrum adſtringens Gambienſe. Fothergill, Lond. Med. Obſerv. Vol. 1.

Lapis calaminaris.

Lavendula. *Spicæ florentes.*
Lavendula foliis lanceolatis integerrimis, ſpicis nudis. L. Sp. Pl. 800.

Laurus. *Folia, Baccæ, baccarum oleum expreſſum.*
Laurus foliis lanceolatis venoſis perennan-

ennantibus, floribus quadrifidis. L. S. N. 280.

Liguſticum. *Semen.*
Leviſticum.
Liguſticum foliis multiplicibus: foliolis ſuperne inciſis. L. Sp. Pl. 259.

Lichen cinereus terreſtris. *Herba.*
Lichen coriaceus repens lobatus obtuſus planus: ſubtus venoſus villoſus, pelta marginali adſcendente. L. S. N. 712.

Lignum Campechenſe.

Lilium album. *Radix.*
Lilium foliis ſparſis, corollis campanulatis; intus glabris. L. Sp. Pl. 433.

Limonia mala. *Fructus, Cortex fructus et ejus oleum vulgo Eſſentia dicta.*

Linum.

Linum calycibus capſulisque mucronatis, petalis crenatis, foliis lanceolatis alternis, caule ſubſolitario. L. Sp. Pl. 397.

Lithargyrus.

Majorana. *Herba.*

Origanum foliis ovatis obtuſis. ſpicis ſubrotundis compactis pubeſcentibus. L. S. N. 399.

Malva. *Herba, Flores.*

Malva caule erecto herbaceo, foliis ſeptemlobatis acutis, pedunculis petiolisque piloſis. L. Sp. Pl. 969.

Manna.

Marrubium. *Herba.*

Marrubium dentibus calycinis ſetaceis uncinatis. L. Sp. Pl. 816.

Mars ſaccharatus.

Maſtiche.

Melam-

Melampodium. *Radix.*
Helleborus niger.
Helleborus ſcapo ſubbifloro ſubnudo, foliis pedatis. L. S. N. 381.

Meliſſa. *Folia.*
Meliſſa racemis axillaribus verticillatis: pedicellis ſimplicibus. L. Sp. Pl. 827.

Mentha piperitis. *Herba.*
Mentha floribus capitatis, foliis ovatis petiolatis, ſtaminibus corolla brevioribus. L. S. N. 392.

Mentha ſativa. *Herba.*
Mentha ſpicis oblongis, foliis lanceolatis nudis ſerratis ſeſſilibus, ſtaminibus corolla longioribus. L. Sp. Pl. 804.

Menyanthes. *Folia.*
Trifolium paluſtre.

Menyanthes foliis ternatis. L. Sp. Pl. 208.

Mezereon. *Radicis cortex.*
Daphne floribus ſeſſilibus ternis caulinis, foliis lanceolatis deciduis. L. Sp. Pl. 509.

Millefolium. *Folia, Flores.*
Achillea foliis bipinnatis nudis; laciniis linearibus dentatis, caulibus ſulcatis. L. Sp. Pl. 1267.

Millepedæ.

Moſchus.

Myrrha.

Naſturtium aquaticum. *Herba.*
Siſymbrium ſiliquis declinatis, foliis pinnatis: foliolis ſubcordatis. L. Sp. Pl. 916.

Nitrum.

Nux moſchata.

Nux moſchata condita.

Oculi cancrorum dicti.

Olea ſtillatitia Caryophyllorum aromaticorum.
Cinnamomi.
Corticis limonum vulgo *Eſſentia.*
Terebinthinæ.

Oleum expreſſum Baccarum lauri.
Palmæ.
Seminum ricini.

Olibanum.

Opium.

Opopanax.

Oſtreorum teſtæ.

Papaver album. *Capita, Semen.*
Papaver calycibus capſulisque glabris, foliis amplexicaulibus inciſis. L. Sp. Pl. 726.

Parietaria. *Herba.*

Parietaria foliis lanceolato-ovatis, pedunculis dichotomis, calycibus diphyllis. L S. N. 672.

Petroleum Barbadenſe.

Petroſelinum *Radix.*

Apium foliolis caulinis linearibus, involucellis minutis. L. Sp. Pl. 379.

Pimenta.

Piper Jamaicenſe.

Pimpinella. *Radix.*

Pimpinella foliis pinnatis: foliolis radicalibus ſubrotundis, ſummis linearibus. L. Sp. 378.

Piper Jamaicenſe. *Vide* Pimenta.

Piper longum.

Piper nigrum.

Pix Burgundica.

Plantago. *Folia.*

Plan-

Plantago foliis ovatis glabris, ſcapo tereti, ſpica floſculis imbricatis. L. Sp. Pl. 163.

Pulegium. *Herba.*

Mentha floribus verticillatis, foliis ovatis obtuſis ſubcrenatis, caulibus ſubteretibus repentibus, ſtaminibus corolla longioribus. L. Sp. Pl. 807.

Pulſatilla nigricans. *Herba cum floribus.*

Anemone pedunculo involucrato, petalis apice reflexis, foliis bipinnatis. L. Sp. Pl. 760.

Pyrethrum. *Radix.*

Quercus. *Cortex.*

Quercus foliis deciduis oblongis ſuperne latioribus, ſinubus acutioribus, angulis obtuſis. L. Sp. Pl. 1414.

Rapha-

Raphanus ruſticanus. *Radix.*
Cochlearia foliis radicalibus lanceolatis crenatis, caulinis inciſis. L. Sp. Pl. 904.

Reſina alba.

Ricinus. *Semen et ejus oleum.*

Rhamnus catharticus. *Baccarum ſuccus.*

Spina cervina.
Rhamnus ſpinis terminibus, floribus quadrifidis dioicis, foliis ovatis, caule erecto. L. S. N. 178

Rheum. *Radix.*
Rhabarbarum.
Rheum foliis palmatis acuminatis. L. Sp. Pl. 531.

Roſa damaſcena. *Petala.*
Roſa pallida.

Roſa rubra. *Petala.*
Roſa germinibus ovatis pedunculiſque

que hiſpidis, caule petiolisque hiſpido-aculeatis. L. Sp. Pl. 704.

Roſmarinus. *Summitates florentes.*
Roſmarinus. L Sp. Pl. 33.

Rubia. *Radix.*
Rubia foliis annuis, caule aculeato. L. S. N. 119.

Ruta. *Herba.*
Ruta foliis decompoſitis, floribus lateralibus quadrifidis. L. S. N. 293.

Sabina. *Folia.*
Juniperus foliis oppoſitis erectis decurrentibus: oppoſitionibus pyxidatis. L. Sp. Pl. 1472.

Sagapenum.

Sal alkalinus fixus ex lignis crematis, præſertim is, qui *Pearl-aſhes* dicitur.

Sal Ammoniacus.

Sal

Sal catharticus amarus.

Sal cornu cervi, *i. e.* Sal alcalinus volatilis, ſiccus, ex oſſibus vel cornibus animalium igne paratus, ab oleo rectificatus.

Sal marinus Hiſpanus.

Salvia. *Folia.*
Salvia foliis lanceolato-ovatis integris crenulatis, floribus ſpicatis, calycibus acutis. L. Sp. Pl. 34.

Sambucus. *Flores, Baccæ, Cortex.*
Sambucus cymis quinquepartitis, caule arboreo. L. Pl. 385.

Santalum citrinum.

Santalum rubrum.

Santonicum ſemen.

Sarſaparilla. *Radix.*

Saſſafras. *Radix ejusque cortex.*

Satyrion. *Radix.*

Orchis

Orchis bulbis indiviſis, nectarii labio quadrilobo crenulato: cornu obtuſo, petalis dorſalibus reflexis. L. Sp. Pl. 1333.

Scammonium.

Scilla. *Radix.*

Scilla nudiflora, bracteis refractis. L. Sp. Pl. 442.

Scolopendrium. *Herba.*

Lingua cervina.

Aſplenium frondibus ſimplicibus cordato-lingulatis integerrimis, ſtipitibus hirſutis. L. Sp. Pl. 1537.

Scordium. *Herba.*

Teucrium foliis oblongis ſeſſilibus dentato-ſerratis, floribus geminis axillaribus pedunculatis, caule diffuſo. L. S. N. 388.

Seneka. *Radix.*

Senna. *Folia.*

Serpen-

Serpentaria Virginiana. *Radix.*

Serpyllum. *Summitates florentes.*
Thymus floribus capitatis, caulibus repentibus, foliis planis obtuſis baſi ciliatis. L. S. N. 399.

Sigillum Solomonis. *Vide* Convallaria.

Simarouba. *Cortex.*

Sinapi album. *Semen.*
Sinapis ſiliquis hiſpidis, roſtro obliquo longiſſimo. L. Sp. Pl. 933.

Solanum lethale. *Vide* Belladonna.

Sperma ceti dictum.

Spina cervina. *Vide* Rhamnus catharticus.

Spiritus cornu cervi, hoc eſt, Salis alcalini volatilis ex oſſibus vel cornubus animalium parati, portio volatilior liquida bene rectificata ut decolor ſit.

Spi-

Spiritus vinoſus rectificatus; *ſive, Spiritus deſtillatus ex vino vel aliis liquoribus fermentatis, ab odore ingrato purificatus, cujus libra menſura ſit ponderis unciarum tredecim.*

Spiritus vinoſus tenuior; *ſive, Spiritus rectificatus cui immixta fuerit pars aquæ, qualem lingua vernacula vocamus* Proof-ſpirit.

Stanni limatura et pulvis.

Stramonium. *Herba.*
Datura pericarpiis ſpinoſis erectis ovatis, foliis ovatis glabris. L. Sp. Pl. 255.

Styrax calamita.

Succinum.

Sulphuris flores.

Symphytum. *Radix.*

Symphytum foliis ovato-lanceolatis decurrentibus. L. Sp. Pl. 195.

Tamarindus. *Fructus.*

Tanacetum. *Folia, Flores.*

Tanacetum foliis bipinnatis inciſis ſerratis. L. Sp. Pl. 1184.

Taraxacum. *Herba.*

Dens leonis.

Leontodon calyce ſquamis inferne reflexis, foliis runcinatis denticulatis lævibus. L. S. N. 521.

Tartari cryſtalli.

Terebinthina Veneta.

Terra Japonica.

Thymus. *Herba.*

Thymus erectus, foliis revolutis ovatis, floribus verticillato-ſpicatis. L. Sp. Pl. 825.

Tormentilla. *Radix.*

Tor-

Tormentilla caule erectiuſculo, foliis ſeſſilibus. L. Sp. Pl. 716.

Tragacantha. *Vide* Gummi.

Trichomanes. *Herba.*

Aſplenium frondibus pinnatis; pinnis ſubrotundis crenatis. L. Sp. Pl. 1540.

Trifolium paluſtre. *Vide* Menyanthes.

Tuſſilago. *Folia*, *Flores.*

Tuſſilago ſcapo imbricato unifloro, foliis ſubcordatis angulatis denticulatis. L. Sp. Pl. 1214.

Tutia.

Valeriana ſylveſtris. *Radix.*

Valeriana floribus triandris, foliis omnibus pinnatis. L. Sp Pl. 45.

Veratrum. *Radix.*

Helleborus albus.

Veratrum racemo ſupradecompoſito, corollis erectis. L. Sp. Pl. 1479.

Verbaſcum. *Folia.*

Verbaſcum foliis decurrentibus utrinque tomentoſis, caule ſimplici. L. S. N. 169.

Viola. *Flores.*

Viola acaulis, foliis cordatis, ſtolonibus reptantibus. L. Sp. Pl. 1324.

Vitriolum album; *ſive, Zinci.*

Vitriolum cæruleum; *ſive, Cupri.*

Vitriolum viride; *ſive, Ferri.*

Urtica. *Herba.*

Urtica foliis oppoſitis cordatis, racemis geminis. L. Sp. Pl. 1396.

Uva urſi. *Folia.*

Arbutus caulibus procumbentibus, foliis integerrimis. L. Sp. Pl. 566.

Zedoaria. *Radix.*

Zincum.

Zingiber.

Zingiber conditum.

MEDICAMENTA

PRÆPARATA

ET

COMPOSITA.

MEDICAMENTA PRÆPARATA ET COMPOSITA

SIMPLICIUM QUORUNDAM MEDICAMENTORUM PRÆPARATIONES.

ALUMEN USTUM.

ALUMEN in vaſe fictili vel ferreo liqueſcat igne, donec ebullire deſinat.

ANTIMONIUM PRÆPARATUM.

IN mortario ferreo teratur Antimonium in pulverem tenuem; dein ſuper porphyriten cum paulula aqua lævigetur in pulverem tenuiſſimum; tum exſiccetur primo ſuper lapidem cretaceum, poſtea in loco tepido et ſicco.

CALAMINARIS LAPIS PRÆPARATUS.

Calaminaris lapis ab iis qui orichalcum conficiunt calcinatus, præparatur ut antimonium.

CRETA PRÆPARATA.

Creta trita, et aqua ſæpius abluta, donec hanc nullo aut ſapore aut colore inficiat, lævigetur et exſiccetur ut antimonium.

FERRI LIMATURA PURIFICATA.

Imposito limaturæ cribró admoveatur magnes, ut trans cribrum limatura ſenſim attrahatur.

FERRI LIMATURA PRÆPARATA.

Ferri limatura purificata reponatur in loco humido ut fatiſcat in rubiginem, quæ in pollen tenuiſſimum teratur.

FERRI SQUAMÆ PRÆPARATÆ.

Ferri ſquamæ ad fabrorum incudes reperiundæ magnete admoto purificen-

rificentur. Magnes enim ſquamas tenuiores, puriores tantum attrahit, relictis craſſioribus minus puris.

HERBARUM ET FLORUM EXSICCATIO.

Herbæ et flores hypocauſti vel foci communis calore leni exſiccentur, ea quantitate tantum, qua id quam citiſſime fiat. Sic enim eorum vires optime ſervantur, cujus indicium eſt color nativus quam perfectiſſime ſervatus.

Cicutæ vero folia, et alia, materie ſubtili volatili referta, poſt exſiccationem illico conterantur, et in vaſa vitrea bene obturanda reponantur.

MILLEPEDÆ PRÆPARATÆ.

Millepedæ panno cannabino rariori incluſæ ſuſpendantur in vaſe clauſo ſuper ſpiritum vinoſum calefactum, ut a vapore necatæ friabiles reddantur.

OCULI CANCRORUM, dicti PRÆPARATI.

PRÆPARANTVR ut antimonium.

PULPARUM EXTRACTIO.

Fructus qui pulpam præbere poſſunt, ſi immaturi ſint, vel maturi et ſicci, coquantur paulula aqua, ut molleſcant; deinde pulpam per cribrum ſetaceum exprime; poſtea in vaſe fictili coque lento igne, crebro agitans, ne aduratur, donec mellis ſpiſſitudinem habeat.

Item caſiæ fiſtularis pulpa ex ſiliqua contuſa excoquenda eſt, deinde aquam evaporando ad idoneam ſpiſſitudinem reducenda.

Fructuum maturorum et recentium pulpæ per cribrum exprimantur, nulla coctione præmiſſa.

SCILLÆ EXSICCATIO.

Scillam, ablato externo cortice, transverſim in taleolas tenues ſeca, et leni calore exſicca. Recte exſiccatæ indicium eſt, quod friabilis reddita amaritiem et acrimoniam retinet.

SPONGIÆ USTIO.

Spongiam in fruſtula parva conciſam, et ab adhærentibus terreis bene

ne liberatam, in vaſe fictili clauſo, igni imponito, crebro, ſimul agitans, donec nigreſcat, et friabilis fiat; deinde in mortario vitreo vel marmoreo in pulverem redige.

TESTÆ OSTREORUM PRÆPARATÆ.

Testæ oſtreorum cavæ, planis rejectis, a ſordibus adhærentibus bene purgatæ, præparantur ut antimonium.

TUTIA PRÆPARATA.

Præparatur ut antimonium.

CONSERVÆ.

CONSERVÆ.

Menthæ ſativæ foliorum recentium.

Rosarum rubrarum florum nondum explicitorum.

Aurantiorum Hiſpalenſium corticis exterioris recentis radula abraſi.

Singula, in pulpam contuſa, ſacchari puriſſimi pondere triplo inter contundendum paulatim addito, bene miſceantur.

CONSERVA PRUNORUM SILVESTRIUM.

Pruna in aquam immiſſa ſuper ignem molleſcant, cura adhibita ne rumpantur; dein exemptis ex aqua prunis pulpam exprime, et triplo pondere ſacchari puriſſimi miſce.

SUCCI.

SUCCI AD SCORBUTICOS.

R. Succi cochleariæ,
naſturtii aquatici,
aurantiorum Hiſpalenſium,
ſingulorum libras binas,
Aquæ nucis moſchatæ ſpirituoſæ ſelibram.

Misce, et ſepone liquorem donec fæces ſubſederint, dein defæcatum effunde.

SUC-

SUCCUS SPISSATUS, vulgo EXTRACTUM ACONITI.

ACONITI folia recentia contundantur, et ſacco cannabino incluſa prelo comprimantur valide, ut ſuccum præbeant; qui in vaſis repandis aquæ ferventis vapore calefactis illico exhaletur ad mellis craſſioris ſpiſſitudinem, ſub finem aſſidue agitans.

EODEM modo parantur

SUCCI SPISSATI, ſive EXTRACTA

BELLADONNÆ.
FLAMMULÆ JOVIS.
HYOSCYAMI.
STRAMONII.

SUCCUS SPISSATUS, vulgo EXTRACTUM FOLIORUM CICUTÆ.

CICUTÆ floreſcentis foliorum et caulium ſucco, ut aconiti expreſſo, et ad mellis liquidioris ſpiſſitudinem exhalato, jamque refrigerato, adde foliorum cicutæ exſiccatorum, et in pulverem tritorum, quantum ſufficiat,

ciat, ut fiat maſſa pilulis formandis idonea. Curandum autem ut exhalatio eo tantum procedat, ut pulveris quinta circiter pars admiſceri poſſit.

ROB SAMBUCI.

R. Succi baccarum ſambuci maturarum libras quatuor,
Sacchari puriſſimi ſelibram.

Decoquantur leni igne ad mellis craſſioris ſpiſſitudinem.

OLEA EXPRESSA.

OLEUM AMYGDALARUM.

R. Amygdalarum recentium quantum velis.

In mortario lapideo contuſas ſacculo cannabino include, et oleum torculari exprime, nullo adhibito calore.

Eodem modo parantur,

Oleum seminum lini,
ricini.

EMUL-

EMULSIONES.

EMULSIO COMMUNIS.

℞. Amygdalarum dulcium unciam unam,
amararum drachmam unam,
Aquæ libras duas.

Decorticatas amygdalas in mortario lapideo contunde, aquam ſimul paulatim affundens, dein cola.

EMULSIO ARABICA.

Fit eodem modo, additis inter amygdalas contundendas
Mucilaginis gummi Arabici unciis duabus cum ſemiſſe.

INFUSA.

INFUSUM AMARUM.

℞. Radicis gentianæ ſemunciam,
Corticis aurantiorum Hiſpalenſium ſiccati drachmam unam,
Seminum coriandri ſemidrachmam,

Spi-

Spiritus vinoſi tenuioris uncias quatuor,
Aquæ uncias duodecim.

Affunde primum ſpiritum, dein aquam; tum macera ſine calore per noctem, et cola.

INFUSUM FOLIORUM FLAMMULÆ JOVIS.

R. Foliorum flammulæ Jovis ſiccatorum drachmas duas,
Aquæ bullientis libram unam.

Macera quartam horæ partem, dein pauliſper ebulliat liquor, et coletur.

Fit quoque cum flammulæ Jovis drachmis tribus vel quatuor.

INFUSUM RHEI.

R. Rhei ſemunciam,
Aquæ bullientis uncias octo,
Aquæ cinnamomi ſpirituoſæ unciam unam.

Macera rheum cum aqua bulliente in vaſe clauſo per noctem; dein, addita aqua cinnamomi, cola.

IN-

INFUSUM, vulgo TINCTURA ROSARUM.

R. Roſarum rubrarum ſiccatarum unciam unam,
Aquæ bullientis libras quatuor,
Acidi vitriolici drachmam unam,
Sacchari albi uncias duas.

Macera roſas cum aqua bulliente in vaſe fictili, non vitreato, horas quatuor; dein adde acidum, et, liquori colato, ſaccharum.

INFUSUM TAMARINDORUM CUM SENNA.

R. Tamarindorum drachmas ſex,
Cryſtallorum tartari,
Foliorum ſennæ, utriusque drachmam.
Seminum coriandri ſemidrachmam,
Sacchari rubri ſemunciam,
Aquæ bullientis uncias octo.

In vaſe fictili, non vitreato, clauſo macera, ſubinde agitans, et poſt horas quatuor cola.

Fit quoque cum ſenna duplice, triplice, &c.

POTIO CRETACEA.

R. Cretæ præparatæ,
Gummi Arabici, utriusque unciam,
Sacchari puriſſimi ſemunciam,
Aquæ libras duas,
nucis moſchatæ ſpirituoſæ uncias duas.
Misce.

MUCILAGO GUMMI ARABICI.

R. Gummi Arabici in pulverem triti uncias quatuor,
Aquæ ferventis uncias ſex.

Diligenter terens miſce, et per linteum exprime.

MUCILAGO GUMMI TRAGACANTHÆ.

R. Gummi tragacanthæ triti unciam unam,
Aquæ ferventis uncias octo.

Ma-

Macera horas viginti quatuor, dein miſce diligenter terens, et per linteum exprime.

DECOCTA.

DECOCTUM ALTHÆÆ.

R. Radicis althææ modice ſiccatæ uncias ſex,
Paſſularum majorum, demptis acinis, uncias duas,
Aquæ libras ſex.

Decoque ad libras quatuor; liquorem colatum ſepone donec fæces ſubſederint, et defæcatum effunde.

DECOCTUM COMMUNE.

R. Florum chamæmeli unciam unam,
Seminum carvi ſemunciam,
Aquæ libras quatuor.

Coque quartam horæ partem, et cola.

DECOCTUM HORDEI.

R. Hordei (vernacule *Pearl-barley* dicti) uncias duas,
Aquæ libras quatuor.

PRIMUM farina hordeo adhærens aqua frigida abluatur; tum hordeum cum aquæ libra circiter dimidia aliquantulum coquatur, ut materia colorans extrahatur; qua abjecta, hordeum ita purificatum, quatuor aquæ bullientis libris addatur; dein hæc ad dimidiam coquatur, et coletur.

DECOCTUM LIGNORUM.

R. Scobis ligni guajaci uncias tres,
Paſſularum majorum uncias duas,
Radicis ſaſſafras,
glycyrrhizæ, ſingulorum uncias ſingulas,
Aquæ libras octo.

DECOQUE aquam cum guajaco et paſſulis, leni igne, ad libras quatuor; ſub finem adjiciens ſaſſafras et glycyrrhizam, dein cola ſine expreſſione.

DE-

DECOCTUM SENEKÆ.

R. Radicis ſenekæ unciam unam,
Aquæ ſeſquilibram.

DECOQUE ad libram unam, et cola.

VINA.

VINUM ALOETICUM, vulgo TINCTURA SACRA.

R. Aloes Socotorinæ unciam unam,
Piperis Jamaicenſis,
Zingiberis, utriusque drachmam unam,
Vini albi Hiſpani ſeſquilibram.

DIGERE dies ſeptem, ſubinde agitans, et cola.

VINUM AMARUM.

R. Radicis gentianæ ſemunciam,
Corticis Peruviani unciam unam,
aurantiorum Hiſpalenſium ſiccati drachmas duas,
Canellæ albæ drachmam unam,
Spiritus vinoſi tenuioris uncias quatuor,

Vini albi Hiſpani libras duas.

Affunde primum ſpiritum vinoſum, dein vinum, tum macera dies quatuor, et cola.

Hoc vinum vicem ſupplet TINCTURÆ AD STOMACHICOS.

VINUM ANTIMONIALE.

R. Vitri antimonii in pulverem tenuiſſimum triti unciam unam,
Vini albi Hiſpani libram unam.

Macera, ſubinde agitans, dies tres, dein per chartam cola.

VINUM DICTAMNI ALBI.

R. Pulveris radicis dictamni albi unciam unam.
Limaturæ Martis non rubiginoſæ drachmas tres,
Vini albi Hiſpani libram unam.

Digere horas viginti quatuor, et cola.

VINUM, vulgo TINCTURA IPECACUANHÆ.

R. Radicis ipecacuanhæ unciam unam,
Vini albi Hiſpani libram unam.

Macera triduum, et per chartam cola.

VINUM MILLEPEDATUM.

R. Millepedarum vivarum unciam unam,
Vini Rhenani ſelibram.

Millepedibus paululum contuſis affunde vinum, dein macera horas duodecim, et per linteum exprimens cola.

VINUM RHEI.

R. Rhei uncias duas,
Canellæ albæ drachmam unam,
Spiritus vinoſi tenuioris uncias duas,
Vini albi Hiſpani libram unam,

Macera dies ſeptem, et cola.

ACETA.

ACETUM SCILLITICUM.

℞. Radicis ſcillæ ſiccatæ uncias quatuor,
Aceti deſtillati libras duas,
Spiritus vinoſi tenuioris uncias duas.

Macera ſcillam cum aceto dies octo, dein adde ſpiritum, et cum fæces ſubſederint, defæcatum effunde.

TINCTURÆ.

TINCTURA ABSINTHII.

℞. Summitatum abſinthii floridarum rite ſiccatarum uncias quatuor,
Spiritus vinoſi rectificati libras duas.

Macera biduum, et exprimens cola; dein expreſſum ſpiritum affunde alteris
Abſinthii unciis duabus.

Macera rurſus dies quatuor, dein per linteum exprime, poſtremo expreſſum per chartam cola.

TINCTURA AMARA, ſive ELIXIR STOMACHICVM.

R. Radicis gentianæ uncias duas,
Corticis aurantiorum Hiſpalenſium ſiccati unciam unam,
Canellæ albæ ſemunciam,
Cochinillæ ſemidrachmam,
Spiritus vinoſi tenuioris libras duas.

Macera dies quatuor, et per chartam cola.

TINCTURA AROMATICA.

R. Cinnamomi drachmas ſex,
Seminum cardamomi minoris unciam unam,
Seminum angelicæ ſativæ drachmas tres,
Piperis longi drachmas duas,
Spiritus vinoſi tenuioris libras duas.

Macera dies ſeptem, et per chartam cola.

TINCTURA CANTHARIDUM.

R. Cantharidum drachmas duas,
Spiritus vinoſi tenuioris ſeſquilibram.

Digere dies quatuor, et per chartam cola.

TINCTURA CARDAMOMI.

R. Seminum Cardamomi minoris uncias ſex,
Spiritus vinoſi tenuioris libras duas.

Macera dies octo, et per chartam cola.

TINCTURA CASTOREI.

R. Caſtorei Ruſſici ſeſcunciam,
Spiritus vinoſi rectificati libram unam.

Digere dies ſex, et cola.

TINCTURA CASTOREI COMPOSITA.

R. Caſtorei Ruſſici unciam unam,

Aſæ

Aſæ fœtidæ ſemunciam,
Spiritus ſalis ammoniaci vinoſi libram unam.

MACERA dies ſex in phiala clauſa, et cola.

TINCTURA CINNAMOMI.

R. Cinnamomi uncias tres,
Spiritus vinoſi tenuioris libras duas.

MACERA dies octo, et cola.

TINCTURA CORTICIS PERUVIANI.

R. Corticis Peruviani uncias quatuor,
Spiritus vinoſi tenuioris libras duas.

DIGERE dies decem, et cola.

TINCTURA CROCI.

R. Croci Anglici unciam unam,
Spiritus vinoſi tenuioris libram unam.

DIGERE dies quinque, et per chartam cola.

TINCTURA, ſive ESSENTIA DICTAMNI ALBI.

R. Radicis dictamni albi recentis uncias duas,
Spiritus vinoſi rectificati uncias quatuordecim.

DIGERE dies octo, et per chartam cola.

TINCTURA FOETIDA.

R. Aſæ fœtidæ uncias duas,
Spiritus ſalis ammoniaci vinoſi libram unam.

MACERA dies ſex in phiala clauſa, et cola.

TINCTURA FULIGINIS.

R. Fuliginis ligni ſplendentis unciam unam,
Aſæ fœtidæ ſemunciam,
Spiritus vinoſi tenuioris libram unam.

DIGERE dies ſex, et cola.

ELIXIR

ELIXIR GUAJACINUM.

R. Gummi guajaci libram unam,
Balſami Peruviani drachmas tres,
Spiritus vinoſi rectificati libras duas cum ſemiſſe.

Digere dies decem, et cola.

ELIXIR GUAJACINUM VOLATILE.

R. Gummi guajaci uncias quatuor,
Balſami Peruviani drachmas duas,
Olei ſtillatitii ſaſſafras ſemidrachmam,
Spiritus ſalis ammoniaci vinoſi ſeſquilibram.

Macera dies ſex in phiala clauſa, et cola.

TINCTURA MELAMPODII, ſive HELLEBORI NIGRI.

R. Radicis melampodii uncias quatuor,
Cochinillæ ſemidrachmam,
Spiritus vinoſi tenuioris libras duas.

Digere dies octo, et per chartam cola.

TIN-

TINCTURA JALAPPÆ.

R. Radicis jalappæ uncias tres,
Spiritus vinoſi tenuioris libram unam.

DIGERE dies octo, et cola.

TINCTURA JAPONICA.

R. Terræ Japonicæ uncias tres,
Cinnamomi uncias duas,
Spiritus vinoſi tenuioris libras duas.

DIGERE dies octo, et cola.

TINCTURA E KINO.

R. Gummi kino uncias duas,
Spiritus vinoſi tenuioris libram unam.

DIGERE dies octo, et cola.

TINCTURA MARTIS.

R. Squamarum ferri præparatarum et in pulverem tritarum uncias tres,
Acidi muriatici quantum ſufficiat ad ſolvendum pulverem.

DIGE-

Digere leni calore, et, ſoluto penitus pulvere, adde

Spiritus vinoſi rectificati quantum ſufficiat, ut ſint totius liquoris menſura libræ duæ.

TINCTURA MECONII.

R. Opii drachmas duas,
Aquæ piperis Jamaicenſis ſimplicis, pondere, uncias viginti,
Spiritus vinoſi rectificati, pondere, uncias decem.

Opio cum aqua bene ſubacto adde ſpiritum, dein digere dies octo, et per chartam cola.

TINCTURA MOSCHI.

R. Moſchi drachmas duas,
Spiritus vinoſi rectificati libram unam.

Digere dies decem, et cola.

TINCTURA MYRRHÆ.

R. Myrrhæ uncias tres,
Spiritus vinoſi tenuioris libras duas.

Dige-

Digere dies decem, et cola.

ELIXIR PAREGORICUM.

℞. Florum Benzoini,
Croci Anglici, ſingulorum drachmas ternas,
Opii drachmas duas,
Olei ſtillatitii aniſi ſemidrachmam,
Spiritus ſalis ammoniaci vinoſi libram unam.

Digere quatuor dies in phiala clauſa et cola.

ELIXIR ALOES, vulgo PROPRIETATIS.

℞. Tincturæ myrrhæ libras duas,
Croci Anglici uncias duas,
Aloes Socotorinæ uncias tres.

Digere dies octo; dein ſepone ut fæces ſubſideant, et effunde elixir defæcatum.

ELIXIR ALOES, ſive PROPRIETATIS VITRIOLICUM.

℞. Myrrhæ,
Aloes Socotorinæ, utriusque ſescunciam.

Croci Anglici unciam unam,
Spiritus vitrioli dulcis libram unam.

Digere myrrham cum ſpiritu dies quatuor in phiala clauſa, dein adde crocum et aloen.

Digere rurſus dies quatuor, et cum fæces ſubſederint, effunde elixir defæcatum.

TINCTURA RHEI.

R. Rhei uncias tres,
Seminum cardamomi minoris ſemunciam,
Spiritus vinoſi tenuioris libras duas.

Digere dies ſeptem, et cola.

TINCTURA RHEI AMARA.

R. Rhei uncias duas,
Gentianæ ſemunciam,
Serpentariæ Virginianæ drachmam unam,
Spiritus vinoſi tenuioris libras duas.

Digere dies ſeptem, et cola.

TINCTURA RHEI DULCIS.

Fit ſi tincturæ rhei colatæ addantur
Sacchari cryſtallini unciæ quatuor.

ELIXIR EX ALOE ET RHEO, vulgo SACRUM.

R. Rhei drachmas decem,
Aloes Socotorinæ drachmas ſex,
Seminum cardamomi minoris ſemunciam,
Spiritus vinoſi tenuioris libras duas.

Digere dies ſeptem, et cola.

TINCTURA SATURNINA, vulgo ANTIPHTHISICA.

R. Sacchari Saturni ſeſcunciam,
Vitrioli Martis unciam unam,
Spiritus vinoſi rectificati libram unam.

Extrahatur tinctura ſine calore.

TINCTURA SENNÆ COMPOSITA, VULGO ELIXIR SALUTIS.

R. Foliorum ſennæ uncias duas,
Radicis jalappæ unciam unam,
Seminum coriandri ſemunciam,
Spiritus vinoſi tenuioris libras tres.

Digere dies ſeptem, et tincturæ colatæ, adde ſacchari cryſtallini uncias quatuor.

TINCTURA SERPENTARIÆ.

R. Radicis ſerpentariæ Virginianæ uncias duas,
Cochinillæ drachmam unam,
Spiritus vinoſi tenuioris libras duas.

Digere dies quatuor, et cola.

TINCTURA THEBAICA, VULGO LAUDANUM LIQUIDUM.

R. Opii uncias duas,
Aquæ cinnamomi ſpirituoſæ uncias viginti.

Digere dies quatuor, et per chartam cola.

TINCTURA TOLUTANA.

R. Balſami Tolutani ſeſcunciam,
Spiritus vinoſi rectificati libram unam.

Digere donec ſolvatur balſamum, et cola.

TINCTURA VALERIANÆ VOLATILIS.

R. Radicis valerianæ ſilveſtris uncias duas,
Spiritus ſalis ammoniaci vinoſi libram unam.

Macera ſex dies in phiala clauſa, et cola.

TINCTURA VERATRI, sive HELLEBORI ALBI.

R. Radicis veratri uncias octo,
Spiritus vinoſi rectificati libras duas.

Digere dies decem, et per chartam cola.

ELI-

ELIXIR VITRIOLI ACIDUM.

R. Spiritus vinoſi rectificati libras duas.

INSTILLA paulatim

Acidi vitriolici, pondere, uncias ſex.

DIGERE, calore leniſſimo, in vaſe clauſo triduum, dein adde

Cinnamomi ſeſcunciam,
Zingiberis unciam unam,
Foliorum menthæ piperitidis ſiccatæ ſemunciam.

DIGERE rurſus in vaſe clauſo ſex dies, dein per chartam cola, adhibito infundibulo vitreo.

ELIXIR VITRIOLI DULCE.

FIT ex iisdem aromatis, et eodem modo, quo TINCTURA AROMATICA, niſi quod loco ſpiritus vinoſi adhibetur ſpiritus vitrioli dulcis.

SPIRITUS VINOSUS CAMPHORATUS.

R. Camphoræ unciam unam,

Spiritus vinoſi rectificati libram unam.

Misce ut ſolvatur camphora.

Fit quoque cum camphora duplice, triplice, &c.

BALSAMUM ANODYNUM.

R. Opii unciam unam,
Saponis albi Hiſpani uncias quinque,
Camphoræ uncias duas,
Olei ſtillatitii roriſmarini ſemunciam,
Spiritus vinoſi rectificati libras duas.

Digere opium et ſaponem in ſpiritu triduum; dein, liquori colato, adjice camphoram et oleum, diligenter agitans.

BALSAMUM SAPONACEUM.

Omiſſo ſolum opio; fit cæterum iisdem et eodem modo quo Balsamum anodynum.

BALSAMUM, SIVE ELIXIR TRAUMATICUM.

R. *Benzoini* uncias tres,
Balſami Peruviani uncias duas,
Aloes hepaticæ ſemunciam,
Spiritus vinoſi rectificati libras duas.

DIGERE dies decem, et cola.

EXTRACTA.

EXTRACTUM GENTIANÆ.

R. Radicis gentianæ quantum velis.

CONCISÆ et contuſæ affunde aquæ quadruplum. Decoque ad medias, et exprimens valide cola. Decoctum illico vaporet, in vaſis aquæ ferventis vapore calefactis, ad mellis ſpiſſitudinem.

EODEM modo parantur

EXTRACTA

RADICUM MELAMPODII, ſive HELLEBORI NIGRI.

FOLIORUM PULSATILLÆ NIGRICANTIS.

RUTÆ.
CAPITUM PAPAVERIS ALBI.
SEMINUM CICUTÆ vix dum maturorum.

EXTRACTUM JALAPPÆ.

℞. Radicis jalappæ libram unam,
Spiritus vinoſi rectificati libras quatuor,
Aquæ libras duas.

DIGERE in vaſe bene clauſo dies octo, et cola. Colatum deſtilla ex retorta ad medias; dein reliquum in vaſis apertis, vapore ferventis aquæ calefactis, exhaletur ad mellis ſpiſſitudinem; et ſub finem aſſidue agita, ut uniformis et ſine grumis ſit.

EXTRACTUM CORTICIS PERUVIANI, ET EXTRACTUM LIGNI CAMPECHENSIS.

PARANTUR eodem modo quo EXTRACTUM JALAPPÆ, adhibito tantum, loco ſpiritus vinoſi rectificati et aquæ, ſpiritu vinoſo tenuiore.

AQUÆ

AQUÆ STILLATITIÆ SIMPLICES.

AQUA SEMINUM ANETHI SIMPLEX.

R Seminum anethi libram unam.

Affundatur aquæ tantum ut cum deſtillatione elicitus fuerit congius unus, ſuperſit quantum ſufficiat ad evitandum empyreuma. Poſt macerationem debitam deſtilletur congius unus.

Eodem modo paratur aquæ ſtillatitiæ ſimplicis congius unus ex

Cinnamomi ſelibra,
Foliorum menthæ piperitidis ſeſquilibra,
Foliorum menthæ sativæ ſeſquilibra,
pulegii ſeſquilibra,
pulsatillæ nigricantis cum floribus libris duabus,
Piperis jamaicensis ſelibra,
Florum rosarum pallidarum libris ſex.

AQUÆ STILLATITIÆ SPIRITUOSÆ.

AQUA CARVI SPIRITUOSA.

R. Seminum carvi ſelibram,
Spiritus vinoſi tenuioris congium unum.

Macera biduum in vaſe clauſo; dein affundatur aquæ quantum ſufficiat ad evitandum empyreuma, et deſtillatione eliciatur congius unus.

Eodem modo paratur aquæ ſtillatitiæ ſpirituoſæ congius unus ex
Cinnamomi ſelibra,
Foliorum menthæ piperitidis ſeſquilibra,
Nucis moschatæ bene contritæ unciis duabus,
Piperis Jamaicensis ſelibra.

AQUA JUNIPERI COMPOSITA.

R. Baccarum juniperi bene contuſarum libram unam.
Seminum carvi,
fœniculi dulcis, utriusque ſeſcunciam,

Spiri-

Spiritus vinoſi tenuioris congium unum.

Macera biduum; et addita aqua quantum ſufficiat ad evitandum empyreuma, deſtillatione eliciatur congius unus.

AQUA RAPHANI COMPOSITA.

R. Radicis raphani ruſticani recentis libras tres,

Spiritus vinoſi rectificati libras quatuor.

Destillatione in calore aquæ bullientis eliciantur libræ quatuor, quibus adde

Aquæ piperis Jamaicenſis ſimplicis libras octo.

SPIRITUS STILLATITII.

SPIRITUS LAVENDULÆ SIMPLEX.

R. Spicarum florentium lavendulæ recentium libras duas,

Spiritus vinoſi rectificati congium unum.

Destillatione in calore aquæ bullientis eliciatur congius unus.

SPI-

SPIRITUS RORISMARINI.

R. Summitatum florentium roriſmarini recentium libras duas,
Spiritus vinoſi rectificati congium unum.

Destillatione in calore aquæ bullientis eliciatur congius unus.

SPIRITUS LAVENDULÆ COMPOSITUS.

R. Spiritus lavendulæ ſimplicis libras tres,
roriſmarini libram unam,
Cinnamomi unciam unam,
Caryophillorum aromaticorum,
Nucis moſchatæ, utriusque ſemunciam,
Santali rubri drachmas tres.

Macera dies ſeptem, et cola.

OLEA STILLATITIA.

OLEUM MENTHÆ SATIVÆ ESSENTIALE.

R. Herbæ menthæ ſativæ ſiccatæ quantum velis,
Aquæ quantum ſufficiat ut herba commode innatare poſſit.

Ma-

MACERA dies aliquot, dein deſtilletur eodem modo quo AQUÆ STILLATITIÆ SIMPLICES. Oleum cum aqua aſcendet, quod cum totum deſtillaverit, ab aqua ſeparandum eſt.

OLEA ESSENTIALIA

Herbæ MENTHÆ PIPERITIDIS,
SABINÆ,
Summitatum RORISMARINI,
Spicarum florentium LAVENDULÆ,
Seminum ANISI,
Baccarum JUNIPERI bene contuſarum,
Radicis SASSAFRAS,
PIPERIS JAMAICENSIS,

eodem fere modo deſtillantur. Semina vero et aromata contundi, et ligna radi debent, ante macerationem. Tempus macerationis pro ratione texturæ et compagis varium erit. Tenerrima vix ullam, tenuia molliaque duarum triumve dierum, duriora longiorem, requirunt macerationem.

OLEUM

OLEUM ET SAL SUCCINI.

R. Succini in pulverem triti,
Arenæ puræ, partes æquales.

Commixta injiciantur retortæ vitreæ ut dimidia impleatur. Adaptato excipulo amplo, deſtilla ex arena, igne gradatim aucto. Primo liquor aquoſus cum paululo olei flavi, dein oleum flavum cum ſale, tertio demum ignis gradu oleum ſubrubrum et nigrum exſtillabit. Liquor ex excipulo effundatur, et oleum ab aqua ſeparetur. Sal a retortæ collo et excipuli lateribus collectus, inter plicas chartæ emporeticæ comprimatur, vt ab oleo adhærente liberetur; dein ſolutione in aqua calida et cryſtalliſatione fiat purus.

OLEUM SUCCINI RECTIFICATUM.

Fit quaternis, ex retorta qualibet vice mundiſſima, deſtillationibus, relicta toties in retorta olei parte circiter octava rejicienda.

OLEQ.

OLEOSA.

OLEUM CAMPHORATUM.

R. Olei olivarum recentis uncias duas,
Camphoræ ſemunciam.

Misce ut ſolvatur camphora.

BALSAMUM SULPHURIS CRASSUM.

R. Olei olivarum uncias octo,
Florum ſulphuris unciam unam.

Coque leni igni, in vaſe amplo ferreo, aſſidue agitans, ut coeant in balſamum.

SALES et SALINA.

ACETUM DESTILLATUM.

In vaſis vitreis, leni igne, deſtilletur aceti congius unus. Libræ duæ primum prodeuntes utpote nimis aquoſæ rejiciendæ ſunt; quæ ſequuntur libræ quatuor erunt acetum deſtillatum. Reliquum fundit acidum

dum fortius, ſed igne nimis exuſtum, et ad alios uſus ſeponendum.

ACIDUM MURIATICUM, VULGO SPIRITUS SALIS MARINI.

R. Salis marini libras duas,
Acidi vitriolici,
Aquæ, utriusque pondere libram unam.

Acido et aqua bene permiſtis et refrigeratis, inde ſalem retortæ vitreæ, et affunde acidum dilutum; dein deſtilla ex arena, igne ſenſim aucto, donec olla ferrea obſcure rubeat.

ACIDUM NITROSUM, VULGO SPIRITUS NITRI GLAUBERI.

R. Nitri puriſſimi contuſi libras duas,
Acidi vitriolici pondere libram unam.

Nitro retortæ vitreæ indito affunde acidum, dein deſtilla ex arena, igne ſenſim aucto, donec olla ferrea obſcure rubeat.

ACI-

ACIDUM NITROSUM TENUE.

R. Acidi nitroſi,
Aquæ, pondera æqualia.

Misce, a vaporibus noxiis cavens.

ACIDUM NITRI VINOSUM, vulgo SPIRITUS NITRI DULCIS.

R. Spiritus vinoſi rectificati pondere libras tres;
Acidi nitroſi pondere libram unam.

Infunde ſpiritum phialæ amplæ, in vaſe aqua frigida pleno poſitæ, et paulatim adde, aſſidue agitans, acidum. Obturetur negligentius phiala, et in loco frigidiuſculo reponatur dies ſeptem; dein deſtilletur liquor calore aquæ ferventis, in excipulum aqua vel nive refrigeratum, quamdiu prodibit ſpiritus.

ACIDUM VITRIOLICUM TENUE, vulgo SPIRITUS VITRIOLI TENUIS.

R. Acidi Vitriolici pondere partem unam,
Aquæ pondere partes ſeptem.
Misce.

LIQUOR ÆTHEREUS VITRIOLICUS.

R. Spiritus vinoſi rectificati pondere uncias triginta duas,
Acidi vitriolici pondere uncias ſedecim.

Infunde ſpiritum retortæ vitreæ, calori ſubitaneo ferendo aptæ, et affunde uno rivo acidum. Miſce paulatim, mediocriter et crebro agitans; protinus dein deſtilla ex arena, prius ad hoc opus calefacta, in excipulum aqua vel nive refrigeratum. Ignis autem ita regatur, ut quamprimum ebulliat liquor, et ebullire pergat, donec deſtillaverint unciæ pondere ſedecim; tum retorta ex arena ſublevetur.

Li-

Liquori deſtillato adde cauſtici communis acerrimi drachmas duas; dein deſtilla iterum ex retorta præalta, igne leniſſimo; in excipulum refrigeratum, donec deſtillaverint unciæ pondere decem.

ACIDUM VITRIOLICUM VINOSUM, vulgo SPIRITUS VITRIOLI DULCIS.

R. Liquoris ætherei vitriolici pondere partem unam,
Spiritus vinoſi rectificati pondere partes duas.

Misce.

FLORES BENZOINI.

R. Benzoini triti quantum velis.

Indatur in ollam figulinam; cui, adaptato prius oræ ejus cucullo chartaceo amplo, ſubjice lenem ignem ut flores ſublimentur. Si oleo inquinati ſint, ſolutione in aqua calida cryſtallizatione purificentur.

ALKALI VOLATILE EX SALE AMMONIACO, VULGO SAL AMMONIACUS VOLATILIS.

℞. Salis Ammoniaci libram unam,
Cretæ puriſſimæ ſicciſſimæ libras duas.

Misce bene, et ſublima ex retorta igne forti.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI.

℞. Salis ammoniaci,
lixivii purificati, utriusque uncias ſedecim,
Aquæ uncias viginti quatuor.

Salibus miſtis, et retortæ vitreæ inditis, affunde aquam; dein deſtilla ex arena, igne ſenſim aucto, ad ſiccitatem.

ALKALI VOLATILE CAUSTICUM, VULGO SPIRITUS SALIS AMMONIACI CUM CALCE VIVA.

℞. Calcis vivæ recens combuſtæ uncias ſedecim,
Aquæ,

Salis

Salis ammoniaci, utriusque uncias octo.

Aquæ in vas ferreum vel figulinum infuſæ, adjice calcem contritam; et vas operito per horas viginti quatuor, dum calx in pollen tenuiſſimum dilabatur; dein huic, retortæ vitreæ inditæ, ſalem ammoniacum bene contritum ſuperadde; tum occluſo retortæ ore, agitata bene permiſce; denique deſtilla, igne leniſſimo, in excipulum refrigeratum, quamdiu ſtillare perſtabit ſpiritus.

In hac deſtillatione vaſa ita conglutinanda ſunt, ut vapores penetrantiſſimi omnino cohibeantur.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI VINOSUS.

R. Spiritus ſalis ammoniaci cauſtici uncias quatuor,
Spiritus vinoſi rectificati uncias octo.

Misce.

SPIRITUS VOLATILIS AROMATICUS, VULGO
SPIRITUS VOLATILIS OLEOSUS, ET
SPIRITUS SALINUS AROMATICUS.

R. Spiritus ſalis ammoniaci vinoſi uncias octo,
Olei ſtillatitii roriſmarini pondere ſeſquidrachmam,
corticum limonum pondere drachmam unam.

Misce ut ſolvantur olea.

SPIRITUS VOLATILIS FOETIDUS.

R. Spiritus ſalis ammoniaci vinoſi uncias octo,
Aſæ fœtidæ ſemunciam.

Digere in vaſe clauſo horas duodecim, dein deſtillentur calore aquæ ferventis unciæ octo.

SPIRITUS MINDERERI.

R. Alkali volatilis ex ſale ammoniaco triti quantum velis.

Af-

Affunde aceti deſtillati quantum ſatis ſit ad alkali accurate neutrum reddendum.

SAL TARTARI.

℞. Tartari quantum velis.

Chartæ bibulæ madefactæ involutum, vel in crucibulo poſitum, leni igne circumdetur, donec in carbonem comburatur; qui dein contritus, in crucibulo aperto calcinetur, igne mediocri, ſine fuſione, usque dum albus vel ſaltem cinereus ſit. Tum in aqua calida ſolutus, per linteum coletur liquor, et in vaſe ferreo mundo exhalet, ſub finem aſſidue agitatus cochleari ferreo, ne materia fundo vaſis adhæreſcat. Sal albiſſimus reſtabit, qui paulo diutius ſuper ignem relinquendus, donec vaſis fundus fere rubeſcat. Poſtremo refrigeratus in vitris bene obturatis reponatur.

SAL LIXIVIUS PURIFICATUS.

Sal lixivius, iſte qui Anglice

Pearl-aſhes vocatur, in crucibulo inditus, rubeſcat ab igne, ut ſordes oleoſæ, ſi quæ adſint, urantur; dein contritum, cum pari aquæ pondere, agitando bene permiſce. Lixivium quieſcat donec fæces ſubſederint; dein defæcatum effunde, et coque in vaſe ferreo mundiſſimo ad ſiccitatem, ſub finem aſſidue agitans, ne vaſi adhæreat.

Signum autem legitimi beneque purificati ſalis hujus eſt, ſi ſicciſſimus, cum pari aquæ pondere contritus, penitus ſolvatur in liquorem, coloris odorisque expertem.

LIXIVIUM CAUSTICUM.

℞. Calcis vivæ recentis uncias octo,
Salis lixivii purificati uncias ſex.

Injiciatur calx in vas ferreum vel figulinum cum aquæ calidæ unciis viginti octo. Ebullitione et calcis extinctione omnino peractis, protinus adde ſalem lixivium; hisque bene permiſtis, vas operiatur dum frigeſcat. Frigefactam materiam

riam agita, et effunde totam in infundibulum vitreum, cujus guttur linteolo puro obſtructum ſit. Infundibuli os ſuperius operiatur dum tubus alteri vaſi vitreo inſeratur, ut lixivium trans linteolum in vas ſuppoſitum ſenſim ſtillet. Cum primum ſtillare deſierit, affunde in infundibulum aquæ uncias aliquot, ſed caute ut ea materiam ſupernatet. Incipiet iterum ſtillare lixivium, iterandumque opus eſt, donec ſtillaverint unciæ menſura triginta duæ, vel pondere triginta ſex, quod bidui vel tridui ſpatio fiet; dein lixivii partes ſuperiores cum inferioribus agitans, miſce, et in vaſe bene obturato ſerva.

Lixivium rite paratum, coloris et odoris expers erit; nec cum acidis effervefcentiam ullam niſi forſitan leviſſimam excitabit. Color et odor ſalem non ſatis calcinatum, effervefcentia calcem non fuiſſe bonam, indicant.

CAUSTICUM COMMUNE ACERRIMUM.

R. Lixivii cauſtici quantum velis.

In vaſe ferreo mundiſſimo vaporet ſuper ignem lenem, donec ebullitione finita, materies ſalina tranquille fluat inſtar olei, quod fit antequam vas igne rubeſcat. Ita liquefactum effundatur cauſticum ſuper laminam ferream nitidam: in maſſulas ſecetur antequam dureſcat, et illico in phialam bene obturandam reponatur.

CAUSTICUM COMMUNE MITIUS.

R. Lixivii cauſtici quantum velis.

Vaporet in vaſe ferreo ad tertiam partem, dein adde calcis vivæ recens extinctæ, quantum ſufficiat ad paſtæ craſſitudinem dandam, quæ in vaſe obturato ſervetur.

TARTARUM VITRIOLATUM.

R. Acidi vitriolici, pari aquæ pondere diluti, quantum velis,

In-

Infunde in vas vitreum amplum, et paulatim inſtilla ſalis lixivii purificati, duplo aquæ pondere ſoluti, quantum ſatis ſit ad acidum prorſus neutrum reddendum. Effervefcentia peracta, liquorem per chartam cola, et poſt idoneam exhalationem ſepone, ut cryſtalli formentur.

SAL POLYCHRESTUS.

R. Nitri in pulverem triti,
Florum ſulphuris, pondera æqualia.

Bene commiſta injiciantur paulatim in crucibulum igne rubens. Peracta deflagratione frigeſcat ſal, et in vas vitreum bene obturandum reponatur.

Hic ſal purior fit, ſi aqua calida ſolvatur, coletur, et in cryſtallos redigatur.

TARTARUM SOLUBILE.

R. Salis lixivii purificati libram unam,

Aquæ

Aquæ congium unum.

Sali in aqua bulliente ſoluto, tartari cryſtallos in pulverem tenuem tritas paulatim adjice, quamdiu efferveſcentiam excitant, quæ fere deſinit antequam triplum ſalis lixivii pondus injectum ſit; dein liquorem refrigeratum per chartam cola, et poſt idoneam exhalationem ſepone, ut cryſtalli formentur.

TARTARUM REGENERATUM.

R. Salis tartari libram unam.

Coquatur leniſſimo igne in aceti deſtillati quadruplo vel quintuplo; ac plus aceti deſtillati diverſis vicibus adjiciatur, donec prioris parte aquoſa fere vaporando diſſipata, novum acetum additum nullam moveat efferveſcentiam, quod fiet conſumptis aceti deſtillati libris pondere circiter viginti; poſtea lente exſiccetur. Sal impurus remanebit, qui leni igne aliquantiſper nec juſto diutius liquefiat: dein aqua ſolvatur, et per chartam coletur.

tur. Si liquefactio rite peracta ſit, liquor colatus limpidus erit, et aquei coloris, ſin aliter coloris fuſci. Denique leniſſimo igne vaporet hic liquor ex vaſe vitreo minime profundo, ſale dum areſcit ſubinde moto ut citius ad ſiccitatem perducatur; qui in vaſe optime clauſo aſſervari debet, ne aere liqueſcat.

SAL CATHARTICUS GLAUBERI.

SALEM poſt deſtillationem acidi muriatici reſiduum ſolve in aqua, per chartam cola, et in cryſtallos redige.

MAGNESIA ALBA.

R. Salis cathartici amari,
Salis lixivii, (Anglice *Pearl-aſhes* dicti), pondera æqualia.

SEPARATIM aquæ calidæ duplo ſolvantur, et vel colentur vel aliter a fæcibus purificentur; dein miſce, et protinus adde aquæ ferventis octuplum. Bulliat liquor pauliſper ſuper ignem, et ſimul agitetur;

quo

quo facto quietum relinque donec calor paululum imminuatur, tum per linteum coletur. Super hoc manebit magneſia, quæ aqua pura lavetur donec prorſus inſulſa ſit.

MAGNESIA USTA.

Magnesia in crucibulo poſita, ab igne rubeſcat horas duas; dein in vaſis vitreis obturatis ſervetur.

METALLICA.

CAUSTICUM LUNARE.

R. Argenti puriſſimi in laminas extenſi et conſciſſi uncias quatuor,
Acidi nitroſi tenuis uncias octo,
Aquæ puriſſimæ uncias quatuor.

Solvatur argentum in phiala, leni calore, et vaporetur ſolutio ad ſiccitatem. Tum maſſa crucibulo amplo indita imponatur igni, qui primo lenis, ſenſim augeatur, donec maſſa fluat inſtar olei; dein infundatur in fiſtulas ferreas calefactas, et

ſebo

ſebo inunctas, denique in vitrum optime clauſum reponatur.

SACCHARUM SATURNI.

R. Ceruſſæ quantum velis.
Inde cucurbitæ et affunde
Aceti deſtillati quantum quatuor digitos ſuperemineat.

Digere in arena donec acetum dulceſcat: poſt ſubſidentiam hoc ſeparetur, novumque toties affundatur donec dulceſcere deſinat. Tum liquores omnes per ſubſidentiam defæcati in vaſe vitreo evaporentur ad ſpiſſitudinem mellis liquidioris; dein ſepone in locum frigidum, ut concreſcant cryſtalli in umbra ſiccandæ. Reliquum iterum exhalet, et reponatur in locum frigidum, ut novæ concreſcant cryſtalli; totiesque iteretur evaporatio donec nullæ amplius appareant.

CUPRUM AMMONIACUM.

R. Vitrioli cærulei uncias duas,
Aquæ bullientis uncias ſex.

Solve, et ſolutioni adde paulatim ſpiritus ſalis ammoniaci quantum ſufficiat, ut cuprum coeat, penitusque iterum ſolvatur in liquorem cyaneum. Coletur liquor, et in vaſe parum profundo vaporet, calore leniſſimo, ad ſiccitatem. Cruſta cyanea, in pulverem trita in vaſe bene obturato ſervetur.

AQUA SAPPHIRINA.

R. Aquæ calcis recentis uncias octo,
Salis ammoniaci ſcrupulos duos,
Æruginis tritæ grana quatuor.

Misce, et poſt horas viginti quatuor cola.

AQUA STYPTICA.

R. Vitrioli cærulei,
Aluminis, ſingulorum uncias ternas,
Aquæ libras duas,
Acidi vitriolici unciam unam.

Sales in aqua coque ut ſolvantur, dein liquori per chartam colato adde acidum.

VI-

VITRIOLUM MARTIS, SIVE SAL CHALYBIS.

R. Limaturæ ferri purificatæ uncias ſex,
Acidi vitriolici uncias octo,
Aquæ libras duas.

Misce, et peracta effervefcentia, ſtet mixtura aliquamdiu ſuper arenam calidam; deinde liquorem effuſum per chartam cola, et poſt idoneam exhalationem ſepone, ut cryſtalli formentur.

VITRIOLUM CALCINATUM.

R. Vitrioli Martis quantum velis.

In vaſe fictili, non vitreato, calcinetur igne modico donec albeſcat, et ſicciſſimum fiat.

COLCOTHAR VITRIOLI.

Vitriolum calcinatum urgeatur igne vehementi, donec tranſierit in materiam ruberrimam.

FLORES MARTIALES, vulgo ENS VENERIS.

R. Colcotharis vitrioli Martis loti et bene exſiccati,
Salis ammoniaci, pondera paria.

Bene permiſta ſublimentur.

CALX ZINCI, vulgo FLORES ZINCI.

Crucibulum librarum aquæ duarum capax, tegula opertum, in furno colloca, ore ejus aliquantum verſus furni oſtium inclinato. Carbonibus circumpoſitis ignem accende, ut vaſis fundus mediocriter candeſcat; dein ablata tegula, injice zinci circiter drachmam, cavens ne intro carbones incidat.

Paulo poſt, per oſtium furni apertum crucibuli fundum inſpiciens, videbis zincum ardere, et in calcem flocculentam comburi; hanc ſpathula ferrea de metalli ſuperficie ſæpius dimove, ut hoc prorſus comburatur; tunc e crucibulo cochleari auſer,

fer, et plus zinci adhibens opus ite-
rato ad libitum.

VITRIOLUM ALBUM PURIFICATUM.

R. Vitrioli albi uncias octo,
Zinci raſi ſemunciam,
Aquæ libram unam.

Digere leni igne horas aliquot, per chartam cola, et in loco frigido ſepone, ut cryſtalli formentur.

AQUA VITRIOLICA.

R. Vitrioli albi purificati grana ſedecim,
Aquæ uncias octo,
Acidi vitriolici tenuis guttas ſedecim.

Solvatur vitriolum in aqua; dein addito acido, per chartam cola.

ÆTHIOPS MINERALIS.

R. Hydrargyri,
Florum ſulphuris, pondera æqualia.

Terantur in mortario vitreo, vel lapideo, piſtillo vitreo, donec globuli mercuriales viſum penitus effugerint.

Fit quoque cum duplice mercurio.

CINNABARIS FACTITIA.

℞. Florum ſulphuris libram unam,
Hydrargyri libras tres cum ſemiſſe.

Sulphuri leni igne liquefacto paulatim adde hydrargyrum calefactum, aſſidue agitans, ut bene miſceantur. Mox operiatur vas operculo ligneo, ne flammam concipiat materia; quæ nondum frigefacta, teratur in pulverem, et vaſe idoneo ſublimetur.

MERCURIUS SUBLIMATUS CORROSIVUS.

R. Hydrargyri,
Acidi nitroſi tenuis, utriusque uncias quatuor,
Salis marini calcinati,

Vitrio-

Vitrioli calcinati, utriusque uncias quinque.

Solvatur hydrargyrus in acido nitroſo, et vaporetur ſolutio in maſſam albam penitus ſiccam; dein adde ſalem marinum et vitriolum. Bene contrita et commixta indantur phialæ, quam fere dimidiam impleant; et ex arena, primum igne leni, poſtea ſenſim aucto, ſublimentur.

MERCURIUS DULCIS.

R. Mercurii ſublimati corroſivi, in mortario vitreo triti, uncias quatuor,
Hydrargyri uncias tres cum ſemiſſe.

Terantur in mortario vitreo, evitato pulvere volatili, donec hydrargyrus non amplius appareat. Indatur pulvis in phialam oblongam, cujus tertia tantum pars impleatur; deinde ex arena ſublima. Sublimatione peracta, contractaque phiala, pulverem rubentem circa fundum, et albicantem circa collum

rejice; tum maſſa mercurialis reliqua ter aut quater rurſus ſublimetur, et in pulverem demum tenuiſſimum teratur.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS ALBUS.

R. Mercurii ſublimati corroſivi quantum velis.

SOLVATUR aqua calida, et ſolutioni paulatim inſtilla ſpiritum ſalis Ammoniaci donec deſinat dejici pulvis albus, qui ſæpius abluatur aqua calida.

MERCURIUS CORROSIVUS RUBER, VULGO PRÆCIPITATUS RUBER.

R. Hydrargyri,
Acidi nitroſi tenuis, utriusque libram unam.

SOLVATUR hydrargyrus, lentoque igne vaporetur ſolutio in masſam albam ſiccam; quæ in pulverem contrita, et cucurbitæ vitreæ indita, torreatur igne, ſenſim aucto, donec

donec ejus pauxillum cochleari vitreo exemptum, et refrigeratum, ſquamulas nitidas rubras referat. Materia autem aſſidue bacillo vitreo agitetur, ut omnes ejus partes æqualiter calefiant, et mutationem dictam ſimul ſubeat; qua apparente vas ab igne amoveatur.

MERCURIUS FLAVUS, VULGO TURPETHUM MINERALE.

R. Hydrargyri uncias quatuor,
Acidi vitrioli uncias octo.

INDANTUR retortæ vitreæ, et deſtillentur ex arena ad ſiccitatem. Calx alba in fundo relicta trita conjiciatur in aquam tepidam. Inde naſcetur illico pulvis flavus, qui crebris ablutionibus ab omni acrimonia liberetur.

CROCUS ANTIMONII, VULGO CROCUS METALLORUM.

R. Antimonii,
Nitri, pondera paria.

Separatim trita, et bene commiſta, injiciantur paulatim in crucibulum candens. Peracta deflagratione, materia metallica rubeſcens a cruſta albicante ſeparetur, et teratur in pulverem, qui ſæpius abluatur aqua calida donec inſipida ſit.

SULPHUR ANTIMONII PRÆCIPITATUM, vulgo SULPHUR AURATUM.

R. Lixivii cauſtici libras quatuor,
Aquæ libras tres,
Antimonii in pulverem triti libras duas.

Coque in olla ferrea, ſuper igne lento, horas tres, aſſidue agitans ſpathula ferrea, et addens aquam prout opus fuerit. Lixivium calidum coletur per linteum duplicem; et liquori adhuc calenti inſtilletur paulatim acidi nitroſi tenuis, quantum ſatis ſit ad dejiciendum ſulphur, aqua calida diligenter abluendum.

CAU-

CAUSTICUM ANTIMONIALE, VULGO BUTYRUM ANTIMONII.

R. Antimonii partem unam,
Mercurii ſublimati corroſivi partes duas.

Terito primum ſeorſim, dein accurate miſce, vaporibus ſumma cura vitatis. Hac materia, retorta vitrea, cujus collum breve latumque ſit, ad dimidiam impleatur; tum adaptato excipulo, deſtilla ex arena donec liquor ſpiſſus aſcendens retortæ collo hæreat. Is carbone vivo caute admoto liqueſcat; dein iterum ex alia retorta deſtilletur, ut liquor pellucidus fiat.

VITRUM ANTIMONII.

Antimonium in pulverem arenæ ſimilem contritum, inſterne ſuper vas fictile, non vitreatum, parum profundum, ignemque ſuppone lenem, ut antimonium lente calefiat; pulverem interea aſſidue agitans, ne in grumos coeat. Vapores albi ſulphur olentes ex eo orientur.

Cum hi, eodem ignis gradu, apparere deſinent, ignem auge aliquantum, ut iterum vapores exhalet; et ſic perge, donec pulvis igne tandem rubeſcens vapores exhalare deſinat. Calx illa crucibulo indita liqueſcat igne violento donec vitri liquefacti ſpeciem induat; dein effundatur ſuper laminam vel patinam æneam calefactam.

VITRUM ANTIMONII CERATUM.

℞. Ceræ flavæ drachmam unam,
Vitri antimonii unciam unam.

Ceræ in vaſe ferreo liquefactæ injice vitrum in pulverem tritum. Calcina igne leni horam dimidiam, ſpathula aſſidue agitans; dein effunde in chartam materiam, quæ frigefacta teratur in pulverem.

CALX ANTIMONII NITRATA.

℞. Antimonii ad vitrum conficiendum calcinati,
Nitri, pondera æqualia.

Com-

Commixta, et crucibulo indita, torreantur ita ut per horam rubeat materia; quæ demum, e crucibulo exempta, conteratur, et aqua calida ſæpius lavetur donec ſaporis expers ſit.

TARTARUM EMETICUM.

R. Vitri antimonii in pulverem tenuiſſimum triti uncias ſex,
Cryſtallorum tartari tritarum uncias quatuor.

Misce, et projice paulatim in aquæ ſuper arenam in vaſe vitreo bullientis congium unum. Pergat bullire leniter horas ſex, ſuppleta ſemper aqua vaporando abſumpta; dein liquor refrigeratus coletur, et vaporetur ut cryſtallos præbeat.

Fit eodem modo Tartarum Emeticum ex croco antimonii, modo hic ſit rite paratus; quod quidem judicatur ex ejus in pulverem triti colore, qui luteus eſſe debet.

SYRUPI.

SYRUPUS ACETI.

℞. Aceti libras duas,
Sacchari puriſſimi libras tres cum ſemiſſe.

Coque ut fiat ſyrupus.

SYRUPUS EX ALTHÆA.

℞. Radicum althææ aliquantulum ſiccatarum uncias novem,
Aquæ congium unum,
Sacchari puriſſimi libras quatuor.

Coque aquam cum radicibus ad dimidiam, et valide exprimens cola. Liquorem colatum ſepone ut fæces ſubſideant, et defæcato adde ſaccharum; dein coque ut fiat ſyrupus.

SYRUPUS E CORTICE AURANTIORUM.

℞. Corticis exterioris recentis aurantiorum Hiſpalenſium uncias ſex,
Aquæ bullientis libras tres,

Sac-

Sacchari puriſſimi libras ſeptem
cum quadrante.

Macera cortices in aqua per noctem; dein liquori colato et defæcato adde Saccharum contritum, leni calore adhibito, ut fiat ſyrupus.

SYRUPUS BALSAMICUS.

℞. Syrupi communis libras duas,
Tincturæ Tolutanæ unciam unam.

Syrupo recens parato, et ab igne remoto, cum pene refrixerit, immiſce paulatim tincturam, aſſidue agitans.

SYRUPUS CARYOPHYLLORUM.

℞. Caryophyllorum rubrorum recentium, unguibus reſectis, libram unam,
Aquæ bullientis libras tres,
Sacchari puriſſimi libras ſeptem cum quadrante.

Macera flores in aqua per noctem, dein liquori colato adde ſaccharum

charum contritum, quod ſolvatur leni calore ut fiat ſyrupus.

SYRUPUS COLCHICI.

℞. Radicis colchici recentis, ſucculentæ, in taleolas tenues ſectæ, unciam unam,
Aceti libram unam,
Sacchari puriſſimi uncias viginti ſex.

DIGERE radicem in aceto biduum, vas ſubinde agitans, dein leniter exprimens cola. Liquori colato adde ſaccharum contritum, et coque paululum ut fiat ſyrupus.

SYRUPUS SIMPLEX, SIVE COMMUNIS.

AQUA ſolvatur ſaccharum puriſſimum ut fiat ſyrupus.

SYRUPUS E SUCCO LIMONUM.

℞. Succi limonum, poſtquam fæces ſubſederint colati, libras duas,
Sacchari puriſſimi uncias quinquaginta.

SOL-

Solvatur ſaccharum ut fiat ſyrupus.

SYRUPUS PAPAVERIS ALBI, SEU DE MECONIO, VULGO DIACODION.

R. Capitum papaveris albi ſiccatorum, ſeminibus exemptis, libras duas,
Aquæ bullientis congios tres,
Sacchari puriſſimi libras quatuor.

Macerentur capita conciſa in aqua per noctem; dein coque donec tertia tantum pars liquoris ſuperſit, tum valide exprimens cola. Liquorem colatum iterum coque ad dimidium, et iterum cola; addito demum ſaccharo, coque ut fiat ſyrupus.

Fieri poteſt etiam hic ſyrupus, in ſyrupi ſimplicis menſura libris duabus ſolvendo extracti capitum papaveris albi drachmam unam.

SYRUPUS ROSARUM PALLIDARUM.

R. Roſarum pallidarum recentium libram unam,
Aquæ bullientis libras tres,
Sacchari puriſſimi libras tres.

Macera roſas in aqua per noctem, dein liquori colato et defæcato adde ſaccharum; denique coquendo fiat ſyrupus.

Commode quoque fit hic ſyrupus poſt deſtillatam aquam roſarum ex liquore reſiduo bene defæcato.

SYRUPUS E ROSIS SICCIS.

R. Roſarum rubrarum ſiccatarum uncias ſeptem,
Aquæ bullientis libras quatuor,
Sacchari puriſſimi libras ſex.

Macera roſas in aqua per noctem, dein poſt brevem ebullitionem cola. Liquori colato adde ſaccharum, et coque ut fiat ſyrupus.

SYRUPUS SCILLITICUS.

R. Aceti ſcillitici ſeſquilibram,

Sac-

Sacchari puriſſimi contriti libras tres cum ſemiſſe.

SOLVATUR leni calore ſaccharum ut fiat ſyrupus.

SYRUPUS E RHAMNO CATHARTICO, SEU E SPINA CERVINA.

R. Succi defæcati baccarum maturarum rhamni cathartici libras ſex,
Sacchari puriſſimi libras tres cum ſemiſſe.

COQUE ut fiat ſyrupus.

SYRUPUS VIOLARUM.

R. Violarum recentium libram unam,
Aquæ bullientis libras tres,
Sacchari puriſſimi libras ſeptem cum quadrante.

MACERA violas in aqua horas viginti quatuor, in vaſe vitreo vel fictili vitreato clauſo; dein cola ſine expreſſione, et liquori colato adde ſaccharum contritum ut fiat ſyrupus.

SYRUPUS ZINGIBERIS.

R. Zingiberis triti uncias tres,

Aquæ bullientis libras tres,
Sacchari puriſſimi libras ſeptem cum quadrante.

Macera zingiber in aqua, in vaſe clauſo, horas viginti quatuor; dein liquori colato et defæcato adde ſaccharum contritum ut fiat ſyrupus.

PULVERES.

PULVIS ANTILYSSUS.

R. Lichenis cinerei terreſtris unciam unam,
Piperis nigri ſemunciam.
Misce, fiat pulvis.

PULVIS CRETACEUS.

R. Cretæ albæ præparatæ uncias quatuor,
Nucis moſchatæ,
Caryophyllorum aromaticorum, utriusque ſemidrachmam.

Misce, fiat pulvis; qui vicem ſupplet Trochiscorum cardialgicorum.

PUL-

PULVIS DIAROMATON, SIVE SPECIES AROMATICÆ.

R. Nucis moſchatæ,
Cardamomi minoris,
Zingiberis, ſingulorum uncias binas.

Misce, fiat pulvis, in vitreo vaſe bene obturato ſervandus.

PULVIS E JALAPPA COMPOSITUS.

R. Radicis jalappæ unciam unam,
Cryſtallorum tartari uncias duas.

Misce, et diligenter aliquamdiu tere, ut fiat pulvis tenuiſſimus.

PULVIS E SCAMMONIO COMPOSITUS.

R. Scammonii,
Cryſtallorum tartari, utriusque uncias duas.

Misce, et diligenter tere, ut fiat pulvis.

PULVIS STERNUTATORIUS, SIVE CEPHALICUS.

R. Foliorum aſari partes tres,

majoranæ partem unam.
Misce, fiat pulvis.

PULVIS STYPTICUS.

R. Aluminis ſeſcunciam,
Gummi kino drachmas tres.

Terantur ſimul in pulverem tenuem.

PULVIS SUDORIFICUS, sive DOVERI.

R. Tartari vitriolati uncias quatuor cum ſemiſſe,
Opii,
Radicis ipecacuanhæ tritæ, utriusque ſemunciam.

Misceantur et terantur ſimul accurate, donec fiat pulvis.

ELECTUARIA.

ELECTUARIUM CARDIACUM, vulgo CONFECTIO CARDIACA.

R. Conſervæ corticis aurantiorum uncias tres,

Nucis

Nucis moſchatæ conditæ ſeſcunciam,
Zingiberis conditi drachmas ſex,
Cinnamomi in pulverem tenuem triti ſemunciam,
Syrupi e cortice aurantiorum quantum ſufficiat.

Misce, diligenter ſubigens, ut fiat electuarium.

ELECTUARIUM E CASIA, vulgo DIACASIA.

R. Pulpæ caſiæ fiſtularis uncias ſex,
tamarindorum,
Mannæ, utriusque ſeſcunciam,
Syrupi roſarum pallidarum pondere uncias ſex.

Mannam in mortario tritam, leni calore, ſyrupo ſolve; dein adde pulpas, et continuato calore, ad idoneam ſpiſſitudinem redige.

ELECTUARIUM JAPONICUM, vulgo CONFECTIO JAPONICA.

R. Terræ Japonicæ uncias quatuor,

Gummi kino uncias tres,
Cinnamomi,
Nucis moſchatæ, utriusque unciam unam,
Opii in vini albi Hiſpani quantum ſufficiat diffuſi ſeſquidrachmam.
Syrupi e roſis ſiccis, ad mellis ſpisſitudinem cocti, triplum pondus pulverum.

MISCE, fiat electuarium.

ELECTUARIUM LENITIVUM.

R. Foliorum ſennæ uncias octo,
Seminum coriandri uncias quatuor,
Pulpæ prunorum Gallicorum libras duas.

FOLIIS et ſeminibus in pulverem tenuem tritis adde pulpam; et ſyrupo roſarum pallidarum quantum ſufficiat, fiat electuarium.

ELECTUARIUM THEBAICUM.

R. Pulveris diaromaton uncias ſex,

Radi-

Radicis ſerpentariæ Virginianæ, in pulverem tenuem tritæ, uncias tres,
Opii in vini albi Hiſpani quantum ſatis ſit diffuſi drachmas tres,
Mellis deſpumati triplum pondus pulverum.

Misce, fiat electuarium; quod vicem ſupplet Theriacæ Edinensis.

PILULÆ.

PILULÆ ÆTHIOPICÆ.

℞. Hydrargyri drachmas ſex,
Mellis ſemunciam,
Sulphuris antimonii præcipitati,
Gummi guajaci contriti, utriusque ſemunciam.

Terito hydrargyrum cum melle in mortario vitreo, donec globuli mercuriales non amplius appareant; dein adde ſulphur antimonii et guajacum, et mucilagine gummi Arabici fiat maſſa pilulis formandis idonea.

PILULÆ ALOETICÆ.

R. Aloes Socotorinæ tritæ,
Extracti gentianæ, utriusque uncias duas,
Salis polychreſti triti ſemunciam.

MISCE, et ſyrupo ſimplice fiat maſſa.

PILULÆ CÆRULEÆ.

R. Cupri ammoniaci grana ſedecim,
Micæ panis ſcrupulos quatuor,
Spiritus ſalis ammoniaci quantum ſatis ſit.

FIAT maſſa dividenda in pilulas triginta duas æquales.

PILULÆ EX COLOCYNTHIDE CUM ALOE, VULGO PILULÆ COCCIÆ.

R. Aloes Socotorinæ,
Scammonii, utriusque uncias duas,
Salis polychreſti drachmas duas,
Colocynthidis unciam unam,
Olei caryophyllorum aromaticorum drachmas duas.

TE-

Terantur aloe et ſcammonium cum ſale in pulverem; dein colocynthidem, in pulverem tenuiſſimum tritum; et oleum admiſce; denique mucilagine gummi Arabici fiat maſſa.

PILULÆ GUMMOSÆ.

R. Aſæ fœtidæ,
Galbani,
Myrrhæ, ſingulorum uncias ſingulas,
Olei ſuccini rectificati drachmam unam,
Syrupo ſimplice fiat maſſa.

PILULÆ E JALAPPA.

R. Extracti jalappæ uncias duas,
Pulveris diaromaton ſemunciam.
Syrupo ſimplice fiat maſſa.

PILULÆ MERCURIALES.

R. Hydrargyri,
Mellis, utriusque unciam unam,
Micæ panis uncias duas.

Tere hydrargyrum cum melle in mortario vitreo donec illius globuli amplius non appareant, addito, prout opus fuerit, ſyrupi ſimplicis aliquantulo; dein micam panis adjiee, et aqua fiat maſſa, ſtatim dividenda in pilulas quadringentas octoginta æquales.

PILULÆ PLUMMERI.

℞. Mercurii dulcis,
Sulphuris antimonii præcipitati,
utriusque drachmas ſex,
Extracti glycyrrhizæ ſemunciam.

Tere mercurium cum ſulphure ut bene miſceantur; dein adde extractum, et mucilagine gummi Arabici fiat maſſa.

PILULÆ RUFI, sive COMMUNES.

℞. Aloes Socotorinæ uncias duas,
Myrrhæ unciam unam,
Croci Anglici ſemunciam.

Syrupo ſimplice fiat maſſa.

PILULÆ THEBAICÆ, vulgo PACIFICÆ.

R. Opii ſemunciam,
Extracti glycyrrhizæ uncias duas,
Saponis Hiſpani ſeſcunciam,
Piperis Jamaicenſis unciam unam.

Opium et extractum ſeorſim aqua mollita, et in pulpam contuſa, miſce; dein adde ſaponem, et piper in pulverem tritum; et bene ſubacta cogantur in maſſam.

TROCHISCI.

TROCHISCI BECHICI ALBI.

R. Sacchari puriſſimi libram unam,
Gummi Arabici uncias duas,
Amyli unciam unam,
Florum benzoini ſemidrachmam.

Omnibus in pulverem contritis, aqua roſarum fiat maſſa in trochiſcos formanda, nullo ad exſiccandos adhibito pulvere.

TROCHISCI BECHICI NIGRI.

R. Extracti glycyrrhizæ,

Gum-

Gummi Arabici, utriusque uncias quatuor,
Sacchari puriſſimi uncias octo.

SOLVE aqua calida, et cola; dein vaporetur liquor, leni calore, in maſſam trochiſcis formandis idoneam.

TROCHISCI BECHICI CUM OPIO.

R. Opii,
Balſami Peruviani, utriusque drachmam unam,
Sacchari puriſſimi drachmas duas,
Maſſæ trochiſcorum bechicorum nigrorum uncias ſeptem.

TERE opium cum balſamo et ſaccharo; dein paulatim, bene ſubigens, adde maſſam trochiſcorum prius aqua calida mollitam. Omnia bene ſubacta, et accurate miſta, exſicca ut fiant trochiſci, ſinguli grana dena et quina pendentes.

TROCHISCI E NITRO.

R. Nitri uncias tres,
Sacchari puriſſimi uncias novem.

CON-

Conterantur in pulverem, et mucilagine gummi tragacanthæ fiant trochiſci.

TROCHISCI E SULPHURE, SIVE DIASULPHURIS.

℞. Florum ſulphuris uncias duas,
benzoini ſcrupulum unum.
Cinnabaris factitiæ ſemidrachmam,
Sacchari puriſſimi uncias quatuor.

Conterantur ſimul, et mucilagine gummi tragacanthæ fiant trochiſci.

UNGUENTA.

UNGUENTUM EX ÆRUGINE.

℞. Ceræ albæ,
Reſinæ albæ, utriusque uncias duas,
Olei olivarum libram unam,
Æruginis ſemunciam.

Ceræ et reſinæ cum oleo leni igne liquefactis, et ab igne dein remotis, paulatim adde æruginem cum

cum aliqua olei parte prius intritam, et aſſidue agita donec refrixerit unguentum.

Fit quoque cum ærugine duplice.

UNGUENTUM E CERUSSA, VULGO ALBUM.

R. Ceræ albæ,
Ceruſſæ, utriusque uncias novem,
Olei olivarum libras tres.

Liquescat cera cum oleo, dein ab igne ablatis, paulatim immiſce ceruſſam cum olei parte prius intritam, et diligenter agita donec coeat in unguentum.

UNGUENTUM BASILICUM FLAVUM.

R. Ceræ flavæ,
Reſinæ albæ, ſingulorum uncias binas,
Axungiæ porcinæ,
Olei olivarum, utriusque libram unam.

Li-

Liquescant ſimul leni igne, et ab igne remota bene agitentur donec coeant in unguentum.

UNGUENTUM E LAPIDE CALAMINARI.

℞. Ceræ flavæ libram unam,
Lapidis calaminaris præparati uncias novem,
Olei olivarum libras duas.

Liquescat igne cera cum oleo, et liquefactæ paulatim adde lapidem calaminarem cum aliqua olei parte prius intritum, et ab igne remotum aſſidue agitetur, donec refrixerit, unguentum.

UNGUENTUM CEREUM, sive ALBUM.

℞. Olei olivarum libram unam,
Ceræ albæ uncias quatuor,
Spermatis ceti uncias tres.

Leni igne liquefacta aſſidue agitentur, donec penitus refrixerint.

UN-

UNGUENTUM EMOLLIENS.

R. Olei palmæ libras quatuor,
lini libras tres,
Ceræ flavæ libram unam,
Reſinæ albæ uncias tres.

Liquescant ſimul leni igne, et aſſidue agitentur, donec refrixerint.

UNGUENTUM EPISPASTICUM, SIVE AD VESICATORIA.

R. Olei olivarum libram unam,
Ceræ flavæ uncias quatuor,
Reſinæ albæ uncias duas,
Cantharidum ſeſcunciam.

Liquefiant leni igne cera et reſina cum olei parte; tum ab igne remotis, paulatim adde cantharides in pulverem prius tenuem, dein cum reliqua olei parte, tritas; aſſidue agitans, donec refrixerit, unguentum.

UNGUENTUM EPISPASTICUM MITIUS.

R. Cantharidum unciam unam,

Aquæ

Aquæ bullientis uncias quatuor,
Axungiæ porcinæ,
Terebinthinæ Venetæ, ſingulorum uncias binas,
Ceræ flavæ,
Reſinæ albæ, utriusque unciam unam.

Digere cantharides in aqua per noctem, et valide exprimens, cola; dein liquorem, addita axungia, coque ad humoris aquei conſumptionem; tum adde ceram et reſinam; quibus liquefactis, et ab igne remotis, terebinthinam adde.

UNGUENTUM MERCURIALE.

R. Hydrargyri,
Sevi ovilli, utriusque unciam unam,
Axungiæ porcinæ uncias tres.

Tere diligenter in mortario donec evaneſcant globuli.

Fit quoque cum hydrargyro duplice et triplice.

UNGUENTUM E PICE.

R. Picis liquidæ,
Sevi ovilli, pondera æqualia.

Liquentur ſimul, et calida adhuc colentur.

UNGUENTUM SATURNINUM.

R. Ceræ albæ uncias tres,
Olei olivarum libram unam,
Sacchari Saturni ſemunciam.

Ceræ cum oleo liquefactæ, ſaccharum Saturni cum aliqua olei parte prius intritum, paulatim admiſce, et aſſidue agita, donec frigore coeant in unguentum.

UNGUENTUM TUTIÆ.

R. Axungiæ porcinæ uncias quatuor,
Ceræ albæ drachmam unam,
Tutiæ præparatæ unciam unam.

Axungiæ et ceræ leni igne liquefactis, paulatim inſperge tutiam, et aſſidue agita, donec refrixerit unguentum.

LINI-

LINIMENTUM CEREUM.

R. Olei olivarum uncias tres,
Spermatis ceti drachmas tres,
Ceræ albæ drachmas duas.

Leni igne ſimul liquefacta aſſidue agita, donec penitus refrixerint.

E M P L A S T R A.

EMPLASTRUM ADHÆSIVUM, SIVE COMMUNE ADHÆSIVUM.

R. Emplaſtri communis libras duas,
Reſinæ albæ uncias quinque.

Liquefactis ſimul leni igne, et bene miſtis fiat emplaſtrum.

EMPLASTRUM ANTIHYSTERICUM.

R. Galbani colati libram unam,
Aſæ fœtidæ colatæ,
Ceræ flavæ, utriusque ſelibram,
Reſinæ albæ uncias tres.

Liquescant ſimul, leni igne, ut fiat emplaſtrum.

EMPLASTRUM CEREUM, SIVE ATTRAHENS.

R. Ceræ flavæ libras duas,
Axungiæ porcinæ libram unam,
Reſinæ albæ ſelibram.

LIQUESCANT ſimul leni igne; et ab hoc remota aſſidue agitentur, donec coeant in emplaſtrum.

EMPLASTRUM COMMUNE.

R. Lithargyri libras quinque,
Olei olivarum congium unum.

ADJECTA aqua, coque donec oleum et lithargyrus coeant in emplaſtrum.

EMPLASTRUM DEFENSIVUM, SIVE ROBORANS.

R. Emplaſtri communis libras duas,
Ceræ flavæ,
Reſinæ albæ, utriusque uncias tres,
Colcotharis vitrioli uncias quatuor,
Olei olivarum uncias duas.

TE-

Tere colcothar cum oleo, et cæteris leni igne liquefactis adjice.

EMPLASTRUM GUMMOSUM, SIVE COMMUNE CUM GUMMI.

R. Emplaſtri communis libras duas,
Gummi ammoniaci colati,
Galbani colati,
Ceræ flavæ, ſingulorum uncias ternas.

Liquescant ſimul leni igne, et bene miſceantur ut fiat emplaſtrum.

EMPLASTRUM MERCURIALE, SIVE COMMUNE CUM MERCURIO.

R. Hydrargyri uncias octo,
Terebinthinæ Venetæ uncias duas cum ſemiſſe,
Emplaſtri communis ſeſquilibram.

Teratur in mortario hydrargyrus cum terebinthina, donec omnino evaneſcat, deinde paulatim addatur emplaſtrum leni igne liquefactum, et accurate miſceantur.

EMPLASTRUM SAPONACEUM, SIVE E SAPONE.

R. Emplaſtri communis libras duas,
gummoſi libram unam,
Saponis albi Hiſpani uncias novem.

Emplastris ſimul liquefactis, ſapo raſus admiſceatur; dein coquantur paululum ut fiat emplaſtrum.

EMPLASTRUM VESICATORIUM, VULGO EPISPASTICUM.

R. Ceræ flavæ libras duas,
Reſinæ albæ,
Axungiæ porcinæ, utriusque libram unam,
Olei olivarum uncias octo,
Cantharidum ſeſquilibram.

Cantharides prius in pulverem tenuem, dein cum oleo, tritæ; cæteris leni igne liquefactis et ab igne remotis, addantur.

FINIS.

I N D E X

Medicamentorum Præparatorum et Compoſitorum.

A

	Pag.
Aceta	54
Acetum deſtillatum	77
— ſcilliticum	54
Acidum muriaticum	78
nitri vinoſum	79
nitroſum	78
nitroſum tenue	79
vitriolicum tenue	80
vitriolicum vinoſum	81
Æthiops mineralis	97
Alkali volatile cauſticum	82
volatile ex ſale ammoniaco	82
Alumen uſtum	37
Antimonium præparatum	ib.
Aqua anethi	71
carvi	72
cinnamomi ſimplex	71
cinnamomi ſpirituoſa	72
juniperi compoſita	ib.
menthæ piperitidis ſimplex	71
ſpirituoſa	72

Pag.
Electuarium Thebaicum 116
Elixir aloes 62
vitriolicum ib.
ex aloe et rheo 64
guajacinum 59
volatile ib.
paregoricum 62
proprietatis ib.
vitriolicum ib.
ſacrum 64
ſalutis 65
ſtomachicum 55
traumaticum 69
vitrioli acidum 67
dulce ib.
Emplaſtra 129
Emplaſtrum adhæſivum ib.
antihyſtericum ib.
attrahens 130
cereum ib.
commune ib.
adhæſivum 129
cum gummi 131
cum mercurio ib.
defenſivum 130
epiſpaſticum 132
gummoſum 131
mercuriale ib.
roborans 130
Em-

Pag.
Emplaſtrum e ſapone 132
ſaponaceum ib.
veſicatorium ib.
Emulſiones 45
Emulſio arabica ib.
communis ib.
Ens Veneris 96
Eſſentia dictamni albi 58
Extracta 69
Extractum aconiti 43
belladonnæ ib.
capitum papaveris albi 70
corticis peruviani ib.
flammulæ Jovis 43
foliorum cicutæ ib.
pulſatillæ nigricantis 69
rutæ 70
gentianæ 69
hellebori nigri ib.
hyoſcyami 43
jalappæ 70
ligni campechenſis ib.
melampodii 69
ſeminum Cicutæ 70
Stramonii 43
F
Ferri limatura præparata 38
purificata ib.
Squamæ præparatæ ib.

Pag.
Flores benzoini 81
Martiales 96
Zinci ib.

H

Herbarum et florum exſiccatio 39

I

Infuſa 45
Infuſum amarum ib.
flammulæ Jovis 46
rhei ib.
roſarum 47
tamarindorum cum ſenna ib.

L

Laudanum liquidum 65
Linimentum cereum 129
Liquor æthereus vitriolicus 80
Lixivium cauſticum 86

M

Magneſia alba 91
uſta 92
Mercurius corroſivus ruber 100
dulcis 99
flavus 101
præcipitatus albus 100
ruber ib.
Sublimatus corroſivus 98
Metal-

	Pag.
Metallica	92
Millepedæ præparatæ	39
Mucilago gummi Arabici	48
tragacanthæ.	ib.

O

Oculi cancrorum	39
Olea expreſſa	44
ſtillatitia	74
Oleoſa	77
Oleum camphoratum	ib.
eſſentiale aniſi	75
juniperi	ib.
lavendulæ	ib.
menthæ piperitidis	ib.
ſativæ	74
piperis Jamaicenſis	75
rorismarini	ib.
Sabinæ	ib.
ſaſſafras	75
expreſſum amygdalarum	44
ſeminum lini	ib.
ricini	ib.
ſuccini	76
rectificatum	ib.

P

Pilulæ	117
Æthiopicæ	ib.

Pag.
Pilulæ Aloeticæ 118
Cæruleæ ib.
cocciæ ib.
ex colocynthide cum aloe ib.
communes 120
gummoſæ 119
e Jalappa ib.
mercuriales ib.
pacificæ 121
Plummeri 120
Ruſi ib.
Thebaicæ 121
Præparationes ſimpliciores 37
Potio cretacea 48
Pulparum extractio 40
Vires medicatrices, quae tot morborum cauſſis perpetuo reſiſtunt, ſaepe quoque efficiunt, vt absque damno aegroti aſſumſerint abſorbentia quaeuis, ſed eam ob cauſſam laudare nolim cretam, corallia, et quae reliqua ſunt, huius farinae remedia.

Vinum

Vinum Millepedatum p. 53.

Recte monuit nuper Cl. CARTHEVSER in diſſ. de millepedum viribus, vinum non eſſe optimum vehiculum, aut ſi malis, menſtruum. Etenim deſtruere videtur vim medicatam horum animalculorum.

Tincturae p. 55. ſqq.

Selecta quidem exempla nobiscum communicarunt Cl. auctores, ex his vero plura remedia vires ſibi prorſus ſimiles, roborantes et ſtomachicas, praeſtant. Principem locum hic meretur ROBERTI WHYTT medicina ex Cortice Peruuiano, ſlauedine aurantiorum corticum et gentianae rubrae radice, Spirituque vini gallico parata, cuius praeſtantiam et ego multoties obſeruaui. In Germania in uſu erat olim Eſſentia amara, ad mentem Halenſium parata, itemque Elixir illud vitrioli *Mynſichti*, rectius aromaticum dicendum, quod grata et efficax eſt medicina. Frequentius tamen hodie in vſu ſunt elixiria, quae parantur ſoluendo extracta menſtruo ſiue aquoſo ſiue ſpirituoſo.

Balſam. Sulphuris p. 77.

Nunc quidem rariſſime adhibentur balſama illa ſulphuris, et neque internus, neque externus horum vſus inſignem vtilitatem

promittit, ſed potius nocere videtur; facile enim rancida fiunt, illisque prorſus carere poſſumus.

Syrupus Balſamicus p. 107.

Eo in caſu, quo conuenit Balſamum de Copaiua, hic Syrupus quoque locum inuenit, alias vero in phthiſi pulmonum exſiccat nimis, calorem auget atque nocet magis, quam iuuat.

Syrupus Caryophyllorum p. 107.

— Roſarum p. 110.

— Violarum p. 111.

ex mea ſententia viribus carent, hinc non opus videtur, vt in officinis proſtent.

Syrupus e rhamno carthartico. p. 111.

Efficaciam nemo negat, ſed potius vim draſticam omnes confirmant. Sed cum praeſto ſint tot alia heroica draſtica hydragoga, nunc rariſſime in hydrope Syrupus e ſpina ceruina praeſcribitur, et pictoribus inſpiſſatus ſuccus, notiſſima pigmenti ſpecies, inſeruit.

Puluis antilyſſus. p. 112.

Medicamentum olim in hydrophobia ab anglis inprimis laudatum. Sed neque puluere Palmarii, neque antilyſſo, vt taceam alia permulta aeque infida remedia, ſanata fuit

fuit vnquam hydrophobia, vt mirer, noſtro adhuc tempore laudari hoc remedium, cui in Germania ſaltim nemo fidem tribuit.

Pulu. cretaceus. p. 112.

Ad corrigendum acidum primarum viarum laudari ſolet. Iam ſupra mentem aperui meam. Nuperis placet magneſia, cui Sem. Foenic. contuſum, flaued. cort. aurant. addunt.

Puluis e ialappa p. 113.

Tutius quaeuis doſis ſeorſim miſcetur. Vim amittunt purgantia vegetabilia, pulveris forma diu aſſeruata, pars enim volatilis, cui purgans ineſt, aufugit.

Puluis e Scammonio p. 113.

Sapienti conſilio antimonium diaphoreticum omiſerunt auctores. Eſt itaque formula haec correcta pulueris illius famoſi, cui olim erat nomen *Cerberus triceps*, item *Comitis* de *Warwick* aut *Cornachini*. Sed licet vltimus laudauerit b. VOGELIVS, tamen illud remedium exhibeatur nunquam, propter effectum valde dubium, ſaepius draſticum. Correcta itaque haec formula magis placet, ſed medicamentum compoſitum in officinis aſſeruare, neceſſe non eſt.

Puluis Stypticus. p. 114.

Notum eſt *Mynſichti* alumen draconiſatum, quod medicamentum CRANZIVS nuper laudauit, propter vim eximiam, in ſiſtendis haemorrhagiis, vteri inprimis.

Puluis ſtypticus viribus ſuis conuenit cum alumine draconiſato.

Puluis Doueri p. 114.

Hanc formulam mixtio ingredientium ſola commendat; differt itaque ab ea praeſcriptione, quae in aliis libris occurrit, v. c. Donaldi MONRO, de milit. morb.

Ego ipſe dedi iam olim puluerem *Doveri*, ſola ingredientium mixtione paratum, et obſeruaui in malo iſchiatico eius vim eximiam, diſcutientem et dolores lenientem. Neque vomendi conatum, neque vim narcoticam ab eius vſu obſeruaui, ſed potius vim blandam diaphoreticam.

Electuaria p. 114.

Electuaria in officinis diu aſſeruata, non incorrupta manent, ſed fermentatio acida facile deſtruit ingredientia omnia. Conſeruae et ſyrupi, paucis exceptis, non vltra anni ſpatium aſſeruari debent in officinis. Miſcenda itaque ſunt electuaria eo tempore, quo vſum horum indoles morbi poſcit.

Moni-

Monitum eſto generale, Opium nunquam electuarii forma praeſcribendum eſſe. Quod quidem TRALLESIVS iam ante me ſapientiſſime monuit. Opii doſis vna et altera iam ſufficit in artis exercitio, illudque hauſtus forma tunc apprime propinari ſolet, ſine omni alio additamento, quo certe vix eget, excepta formula *Doveri*. Deo ſit gratia, inanes formulas pilularum de cynogloſſa radice, et de Styrace, et alias ſimiles, diſplicere medicis recentioris aetatis. Laudani etiam Sydenhami vſus nunc perquam rarus eſt, et raro locum inuenit in hyſterica paſſione et alui profluuiis ſiſtendis. Diu enim perſpeximus iamiam, correctiones Opii, vt vocabant olim, non eſſe neceſſarias. Aromata enim, et caryophylli inprimis aromatici, calidam opii medicinam, calidiorem reddunt. Croco fortaſſis locus eſſe poteſt; ſaltim non adeo vehementer nocebit, quam reliqua aromata.

Pilulae p. 118.

Sola Boerhaauii ſchola ſal polychreſtum, Glaſeri ſcilicet, pilulis admiſcet, et hoc ſal fortaſſis vnicum eſt, quod addi poteſt. Praeſtat tamen quaeuis ſalia media forma ſiue pulueris, ſiue liquida praeſcribere. Non magnum enim ſperare poſſumus effe-

ctum

ctum a granis paucis ſalium mediorum, quae in vnica pilularum doſi aliis tenacioris conſiſtentiae ingredientibus inuoluta ſunt.

Pilulae Caeruleae p. 118.

Neque mentem, neque rationes cl. auctorum ignoro, et bene ſcio, horoicis, draſticis, venenis ipſis locum eſſe in arte noſtra, et tiro adhuc in iuuentute mea laudes legi metallicorum ex cupro et argento parabilium, ſed, lubenter fateor, nunquam ſatis audax fui, vt aegrotis meis ſimile quoddam remedium propinarem, et ab vſu horum ſemper abſtinui, an malo conſilio? iudicium aliis relinquo.

Trochiſci p. 121.

Trochiſcorum et rotularum forma, infantum eſt, qui pharmaca reſpuunt, aut adultorum, ad ſymptomata morborum lenienda. Sed praeſtare videtur vbique forma linctus, et idonea reperiuntur permulta remedia, vt trochiſcis cuiuscunque generis facile poſſimus carere.

Becchici vim praeſtat gummi ammoniacum, oxymel Squillae, Kermes minerale et ſulphur ipſum auratum, quae vario modo vnita, nunc ſiſtunt ſpeciem linctus, nunc potionis, cochleatim ſumendae, addita ſcilicet aqua congrua, pulegii inprimis, aut hyſſopi.

Ex

Ex mea itaque ſententia nulla occurrit indicatio, cui non ſatisfacere ſciat medicus alio remedii genere, quam trochiſcis illis.

Vnguenta &c. p. 123.

Querela eſt, non mea, ſed principum in arte noſtra virorum, nimis magnam eſſe copiam vnguentorum et emplaſtrorum officinalium, et perpauca ſufficere exempla.

Eo magis itaque laudandi ſunt cl. auctores Ph. Ed., quod nonniſi ſelectiora exempla nobiscum communicare voluerint, quorum vſum nemo ignorabit edoctus praecepta therapiae generalis et chirurgicae artis, quae non eſt noſtro tempore, quod erat olim, notitia emplaſtrorum et vnguentorum, quorum ſexcenta iudicabant neceſſaria.

PARS IV.

PARS IV.

SELECTA FORMVLARVM EXEMPLA.

Selectiora ſciat medicus praeſcribere remedia, formula ſimpliciſſima, et forma, qua potiſſimum ſunt maxime efficacia. Formula, quae concinna non eſt, prodit aut vanitatem, aut ignorantiam medici. Non ſolum ſibi ipſi, ſed et aegrotis ſuis peſſime conſulunt medici, qui neglexerunt ſtudium ſcribendarum formularum, et doctiſſimi non raro medici exemplo ſuo docent, ſe iuuenes non didiciſſe leges ſtudii critici formularum medicinalium. Leges paucas praecipere ſoleo auditoribus meis, et ſimpliciſſimas formulas vbique commendo ceu exemplar, quod imitari velint, donec ipſi diſcant nouas remediorum formulas inuenire.

Praecipuas illas regulas, et formulas ipſas, quibus et ego frequenter in artis vſu vtor, et quarum plurimas in collegio Clinico, quod a die 17. Maii 1773, ad hunc vsque, ſub meis auſpiciis floruit, officinales feci, hic communicare non dubitaui, vt habeant Nobiliſſ. Commilitones librum memorialem, et ſi velint, portatilem.

SVCCI.

Catalogum ſuccorum ex herbis, radicibus et fructibus exprimendorum, ſupra dedi.

Herbae, quae lac fundere ſolent, inprimis adhibentur, et ſunt ex LINNAEI Syngeneſia, Pentandria. BOERHAAVIVS et eius diſcipuli omnes, medici Angliae principes, Schola HOFFMANNI, mirifice laudant hoc genus remedii. Prodeſt vero iis in morbis, qui ab atra bile, viſcido glutinoſo, viſcerum obſtructione, naſcuntur, hinc in permultis morbis chronicis, ictero, haemorrhoidibus, hypochondriaca paſſione, febribus lentis et hecticis, ſcorbuto denique locum inueniunt, et incredibilem vim medicatam praeſtant, in diſſoluendis humoribus viſcidis et viſcerum obſtructionibus. Verno tempore autem, cum radices et herbae lacte et ſucco turgent, cenſentur optimi, ſed ad vim augendam medicatam, bibi debet ſimul ſerum lactis acidum. Ante et poſt meridiem ſumat aegrotus Elixirium viſcerale KLEINII, et veſpertino tempore Pilulas gummoſas, infra recenſendas. Sufficit equidem ſuccus vnius plantae, ſed plurium miſcetur, ſi deficit fortaſſis copia plantae vnius.

Quae mihi inprimis placent, ſunt ſuccus Taraxaci, Scorzon. et Cich. rad. Fumariae, Chaerefol. Naſturtii aquat. Beccabung. herbarum. Doſin ſucci vna vice aſſumendi determinat aegri conſtitutio. Saepe doſis minore

non

non ſufficit, maior contrario nocet, et ventriculi atque inteſtinorum imbecillitas iubet abſtinere ab vſu ſuccorum. Res eſt deſperata, ſi phthiſicus aſſumere nequit ſuccos herbarum. Abſtinendum eſt ab vſu horum, ſi cardialgia oritur, aut diarrhoea, quae vires labefactat. In ipſis febribus inflammatoriis, Pleuritide, ſuccum ſonchi laudat TISSOTVS, antea laudauit BAGLIVI, et auctor libri HIPPOCRATICI, de Ptiſana, dedit ſuccum plantarum, quas recentior aetas ignorat, vir doctiſſ. vero qui hunc libellum nuper germanice verſum foras dedit, coniectura determinare auſus eſt. Fructus horaei, horumque ſucci et ſyrupi hic etiam locum inueniunt. Praeſtantiora officinarum extracta, ex ſuccis recenter preſſis, leni ad ignem inſpiſſatione parantur, et plus praeſtant, quam alia extracta ex ſiccis vegetabilibus parata. Succi ad Scorbuticos Edinburgenſium formula erat olim ſqu.

Rec. Succ. Cochlear. hort.
Aurant. ana libr. vn. et dimid.
Naſturt. aquat.
Beccabung. ana libr. vn.
Sacch. alb. vnc. decem.
Mixt. et depur. add.
Aq. Raph. compoſ. libr. dimid.

Ab ea vero formula Londinenſium illa parum diuerſa:

Rec. Succ. Cochl. libr. vii.
Beccabung.
Naſturt. aquat. ana libr. dimid.
Aurant. Hiſp. vnc. decem
Miſc.

Succum Citri et Aurantiorum depuratum et leni igne inſpiſſatum ve ementer laudat doctiſſimus et exper. IACOB LIND, in libro ſuo eximio de Scorbuto, ed. germ. p. 249. ſqu. et ſane probauit iamiam is ſuccus vires eximias in morbis nautarum multoties, vt vix vnquam ſatis laudari poſſit.

Succus raphani ſ. armoraciae cum ſaccharo mixtus, ſiſtit ſpeciem linctus vtiliſſimi.

EMVLSIO.

Emulſio ſolet praeſcribi temperans, demulcens, analeptica, anodyna. Hodie vix vnquam ex pineis aut piſtachiis emulſio praeſcribitur. Diſplicet enim rancor, ſapor terebinthinae ſimilis, et color in viridem vergens. Poſſumus quoque carere ſeminibus frigidis, maioribus et minoribus, itemque ſemine cardui mariae.

Plerumque ſufficiunt amygdalae, cum vero nimia fere diſpliceat dulcedo, amarae nonnullae adiiciuntur dulcibus. Contundi debent

in

in paſtam, et lac emulgetur optime ſenſim affundendo aquam, ſiue fontanam, ſiue deſtillatam quandam. Emulſio nunc tenuis, nunc ſpiſſior deſideratur, hinc aquae proportio varia, media vero libra vna ad amygdalarum vnciam vnam. Emulſio temperans non admittit aquas fragrantes, et oleo diuites.

Placet aqua meliſſae, fragorum et rubi idaei ex fructibus. Nitrum a drachma vna ad duas, tres, adiicitur. Saccharo vix opus eſt, aut Syrupo ſem. papau. albi, nam monui iamiam, diſplicere potius dulcedinem, quam amaritiem. Si vero Emulſio anodyna deſideratur, tunc Syrupus Diacodii, ex capitibus Papaueris paratus, addatur, Syrupus enim ſeminis papau. praeter vires ab oleo nullas habet, et ſomnum non inducit.

Emulſio cum camphora, guttulis aliquot ſpiritus vini antea ſoluenda, eſt efficax medicina ad expellenda iterum exanthemata in febre et chronico morbo. Ad libram emulſionis vnam camphorae drachma integra ſufficit. Nonnunquam, ſcil. in morbis neruor. chronicis, paralyſi, non inepte praeter camphoram grana duo tartari emetici adiiciuntur. Emulſionis cochlear vnum pro doſi exhibetur. Emulſio ex Semine Cannabis in gonorrhoea maligna, dolores lenit et inflammationi reſiſtit.

Quodſi deſideratur emulſio analeptica, emulſioni ſimplici ſolummodo admiſceantur aquae florum Naphae drachma vna et altera, non vnciae, eſt enim aqua fragrans et pretioſa, hinc parca eius tantummodo copia ſufficit.

Latiori ſenſu et abuſiue gummi ammoniacum et aſſa foetida, cum aqua trita, nonnullis veniunt lactis nomine. Eius generis erat Lac ammoniaci *Londinenſium* et Rich. Mead, ex Gummi ammoniaci drachmis duabus et aquae Pulegii libra dimidia. Non quidem ſoluitur perfecte ammoniacum gummi, quod bene ſcio, ſed combinatio haec caeteris praeſtat, pulegium enim hyſtericis admodum conducit. Paratur et haec potio cum aqua Hyſſopi, et ſi admiſcetur oxymel ſcillae, tunc ſimpliciſſima naſcitur ſpecies Potionis aſthmaticae, quae magis placet, quam Brvnneri et aliorum magis compoſitae formulae, quae ſuperflua continent varia.

Fvllervs laudat aſſam foetidam, cum aqua ceraſorum bene tritam. Sed haec aqua ſaepius empyreuma redolet, et tunc non impune aſſumitur.

Terrea hodie nunquam admiſcentur emulſionibus, neque etiam antimonium diaphoreticum, quod deſtruit ſaepe, ſi non ablu-

ablutum, mixtionem, et colore viridi tingit, immo ſaepius vomitum mouet, vt malim abſtineant ab eius vſu in emulſione medici.

Solutio mercurii PLENCKII gummoſa huc etiam pertinet. Si etiam nullas meruiſſet laudes in morbis ſyphiliticis, bene tamen monuit Cl. HARTMANN in Progr. ſingulari, eſſe anthelminticum non contemnendum et expellere lumbricos rotundos.

Emulſionis copia parca praeſcribi debet, ne fiat rancida, et ventriculo inimica.

INFVSA.

Menſtruum eſt vel aqua ſimplex, aut deſtillata, vinum, acetum, ſpiritus. Digeſtio nunc ſufficit et praeſtat frigida, nunc calida requiritur aut ebullitio lenis.

Infuſio alia extrahit principium volatile, balſamicum, aromaticum, abſque virium diſpendio, et noxias ſimul relinquit partes conſtitutiuas. Coctio certe vegetabilium nonnullorum partes volatiles deſtrueret, hinc patet infuſionum praeſtantia et ſcopus.

Vegetabilia, quae gratum ſpirant aroma, v. c. Crocus, Serpentaria Virginiana, infuſioni ſolummodo ſubiicienda, mox frigidae,

mox leni calore vaſe clauſo fiat digeſtio lenis, aut ebullitio adhibeatur nonnunquam.

Infuſa maxime efficacia ſunt Vinum antimoniatum Hvxhami, Infuſum Ipecacuanhae, Infuſum Scillae, ſolutio mercurialis Swieteniі; Laudanum liquidum Sydenhami; Elixir Vitrioli Mynsichti; Infuſum Corticis Peruuiani, ſerpentariae Virginianae, Elixir Stomachicum Roberti Whytt, et quae ſunt reliqua, mox recenſenda, cum horum vſus ſit eximius.

Vinum antimoniatum Huxhami

Rec. Vitri antimonii in puluerem tenuiſſ. triti *unc. vn.*

affunde

Vini ex inſula Madera vel Hiſpanici *unc. viginti quatuor*

Digere agitando ſaepe per dies duodecim. Quiescat per 48 horas, tunc decanta et filtra per Chart. emporet. Doſ. a gutt. 30 ad 80.

Nuper omiſit vir ſummus quaeuis aromata, quae antea ſolitus erat adiicere. Differt proportio menſtrui ab ea quam Edinburgenſes nobiscum communicarunt p. 52.

Olim in vſu erat Vinum emet. ſ.

Aqua benedicta Rvlandi, ſqu.

Rec. Croci metall. p. I.

Vin. Hiſpan. l. Maluat. p. xx.

In-

Infunde, filtra, aut loco huius Syrupus emeticus *Angeli Salae*, nunc vero infuſum ex vitro antimonii magis placet.

De viribus Tartari emetici admodum diverſis, pro diuerſa praeparatione, doctiſſime diſputauit Cl. THORBERN BERGMANN, de ſolutione vero antimonialium in vinis diuerſis, antea iamiam edidit doctam diſſ. Viennae Cl. FAVKEN. Vitrum enim et vinum menſtruum, non eadem ſemper qualitate gaudent, hinc et vires admodum diuerſae ſunt.

INFVSVM IPECACVANHAE.

Edinburgenſes ſolummodo habent vinoſum p. 53. quod quidem laudes meretur. Sed alii infuſum tam aquoſum, quam vinoſum parare ſolent, ſimulque frequenter adiiciunt aroma quoddam ſtomachicum, quoniam ſtimulo ſuo ipecacuanha ventriculum laedit, hinc corticum aurantiorum flauedo, aliaque ſolent addi. Perill. HALLERVS ad mentem CAROLI GIANELLA, Itali medici celeberrimi, cuius ſcriptum eximium recudi curauit in theſauro diſp. pract. HALLERVS, ſequ. laudat infuſum

Rec. pulu. rad. Ipecac. *drachm. vn.* et *dimid.*

C. Aur. Curaſſ. *drachm. duas*
Crem. Tartari *drachm. dimid.*
Ebull. cum *unc. quatuor* aquae font.
Colat. add.
Oxym. ſquill. ℥ß.

Cochleatim exhibitum illud infuſum, primarum viarum ſordes, bilem eliminat per vomitum et per vias vrinae, hinc in omni genere febrium acutarum remittentium, intermittentium, optima eſt medicina, et non raro praeuertit exanthemata cutis, quae ſunt cum febre, et ab impura colluuie primarum viarum gigni ſolent. Saepiſſime miratus ſum, opem praeſtitiſſe illico hoc infuſum in recenſitis morbis. Felix qui didicit in morbis chronicis et acutis primas vias liberare a ſaburra. Euacuatio enim primarum viarum dimidiam partem ſanationis abſoluit. Ictero ſaepius egregie medetur idem remedium, et tuſſim ſanat ſtomachicam, aſthma depellit humidum, menſtrua reuocat infuſum ex ipecacuanha.

Vinum antimonii guttatim exhibitum, ne vomitum moueat, ſtimulo ſuo leniori medetur multis morbis, ab obſtructione natis, vt eo remedio nolim carere in artis exercitio.

Oedemata et hydrops ipſe vſu infuſi ipecacuanhae alleuantur.

Scil-

Scilla non ſecus ac ipecacuanha forma infuſi eſt princeps remedium chronicorum morborum, hydropis, oedematum &c. modo non adſint ſeri inflammatio, ſpaſmus vehemens, et ſcirrhi exulcerati. Peſſime nimirum tunc ſemper nocet. Et ipecacuanha et ſcilla ventriculi imbecillitatem efficiunt, quam ob cauſſam ſcilla cum aromate quodam, v. c. flau. cort. aurant. calam. aromatico, cort. Winterano, ſimul praeſcribi ſolet. Menſtruum eſto Vinum. Scillae drachmae duae ad quatuor cum Vini albi libra vna infundi ſolent. Digeſtio fit leni calore, et liquori percolato admiſcetur ſyr. aurantior.

Formula RICH. DE HAVTESIERCK

Rec. Scill. *vnc. vn.*
Cort. aurant.
Calam. arom. ana *drachm. duas*
infunde cum Vini alb. *libr. duabus*
Digere per tres dies, colat. add.
Oxym. ſcill. *vnc. duas.*

Formula STOERCKII
Ann. med.

Rec. Scill. rec. *drachm. ſex.*
Pulu. C. Winteran.
Cinnamom. ana *vnc. dimid.*
rad.

rad. Helen. *drachm. vn.*
Vin. auſtriac. *libr. vn. et dimid.*

F. Vin. medicat. d. omni bihorio cochlear vnum, doſin augendo ſenſim. Quodſi vero aegroti citra vomitum aſſumere non poſſint remedium, admiſceantur

Syrup. Foenic. *vnc. tres*
Spirit. Nitr. dulc *drachmae duae.*
Menth. *drachma vna.*

Miſc.

Idem remedium vermes expellit.

Spiritus Mercurialis SWIETENII

Rec. Mercurii corroſiui ſublimati *grana ſex.*
Spiritus frumenti *libram vnam.*

In phiala vitrea ſtent in digeſtione, filtra et ad vſum ſeruetur.

Doſis eſt cochlear vnum, mane et veſperi, ſed bibat illico aegrotus ptiſanae cuiusdam libram ſaltim vnam, ſiue graminis, ſiue compoſitae cuiusdam, aut hordei decoctum. Eſt remedium hodie vſitatiſſimum, in morbis ſyphiliticis, capitis exanthemate rebelli chronico, cancro, morbis oſſium.

Nauſeam deberi ſpiritui frumenti, fere omnes affirmant, vt malint ſoluere mercurium aqua ſimplici. Quod quidem genus remedii nouum non eſt, ſed iam olim fuit empi-

empiricorum arcanum. Formulam communicauit BLANCARDVS in Chirurgia, ed. germ. Hannou. 1690, rec. p. 436. ſqu.

Rec. Mercurii ſublimati *drachm. vn.*
Aquae fontanae *vncias viginti.*

Miſc. Doſis erat cochlear unum, diebus alternis. Si fides habenda eſt auctori, ſeptima doſis nonnunquam ſanauit malum. Saliuae criticum profluuium ab eius vſu fuiſſe nonnunquam obſeruatum, idem auctor teſtis eſt. Doſis larga ſane, et vix tuta ſatis, vt mos eſt empiricis. Mercurium in aqua ſoluere, et cum mica panis ſimilaginei in pilularum formam redigere iubet nuper cl. IACOBI, qui hoc inuento laudes ſibi promeruit.

Laudanum Liquidum SYDENHAMI

Rec. Vin. Hiſpan. *libr. vn.*
Opii dep. *vnc. duas*
Croci *vnc. vn.*
Cinnam. acut.
Caryoph. arom. ana drachm. vn.

Inf. ſtent in digeſt. calore modico. Colat. ſeru. Doſ. a XV. gutt. ad XXV. Continet remedii huius drachma, quantum ex opii ſcrupulo dimidio ſolubile.

Calida

Calida eſt medicina, ab inuentore ad mentem veterum compoſita, vt aromata illa calefacientia corrigerent, emendarent opii qualitatem frigidam, quae opinio veterum erat. Sed hodie rarior vſus eſſe coepit huius remedii, et opii iuſta doſis hauſtus forma, ſine omni additamento praeſcribi ſolet. Interdum tamen et laudanum locum habet in morbis hyſtericis, de cuius vſu recto videatur ROBERTVS WHYTT in libello eximio.

Vehiculi loco inſeruit nonnunquam aqua meliſſae, et dilutiori forma, cochlear vnum vel alterum ſaepe ſpaſmos admodum vehementes hyſtericarum illico mitigauit, quod centies expertus ſum, et ſudorem mouit maxime ſalutarem. Nonnunquam laudanum tinctura rhei mixtum propinari ſolet.

Elixir Vitrioli MYNSICHTI

Rec. Galang. min.
Cinnamom. opt. ana *vnc. vn.*
Cardamom.
Macis ana *drachm. tres.*
Nuc. Moſch. *drach. duas.*
Cort. Citr. elect. *drachm. ſex.*

F. pulu. groſſ. humectetur ſpiritu vini vt fiat maſſa, tum affunde Spirit. vitriol. volat. ad eminent. aliquot digitor. Tandem ſepara liquo-

liquorem tinctum, relictae maſſae iterum affunde ſpiritum vini, et extrahetur eſſentia, poſtea extractiones miſce, digere. Doſis eſt gutt. 30-40.

Eſt remedium in Germania vſitatiſſimum, aromaticum, ſtomachicum, eximii vſus, non praemature nimis exhibitum, nam abuſus ſolummodo nocet. Febre intermittente profligata, optime languentem appetitum emendat. Hypochondriacis et hyſtericis etiam conducit.

ELIXIR ACIDVM.

Dippelivs, a quo nomen habet medicina in officinis recepta, ex ſpiritu Vini rectificatiſſimo et ſexta parte olei vitrioli concentratiſſimi miſcuit, ſimulque grana kermes et crocum adiecit, nonnunquam et aromata nonnulla, nec non radicem valerianae; Curcumam, aut oleum aethereum, v. c. caryophyllorum. Doſis erat guttularum xx. Schvlzivs in Praelect. ſuis in Diſp. Brand. partem quartam olei vitrioli ſumit, et digeſtionem per 14. dies inſtituere iubet. Nuper vero Perill. Hallervs aequales partes ſpiritus vini et olei vitrioli miſcere iuſſit. Doſis eſt a guttulis ſex ad decem ex vaſculo aqua repleto. De viribus elixirii

huius

huius eximiis Ill. ZIMMERMANN in Promptuario Hannouerano A. 1773. p. 311. prolixe diſſeruit. Laudat illud in epilepſia, chorea ſancti viti, haemoptyſi, fluxu menſtruo nimio, febribus bilioſis putridis, et morbis neruorum. Eo in caſu, vbi TISSOTVS acidum vitrioli linctus forma laudat, elixirium acidum quoque conducit.

Infuſum corticis PERVVIANI

Polychreſtam noſtro aeuo ſiſtit medicinam infuſum corticis peruuiani, illudque prodeſt eo in caſu, vbi non tuto ſatis decoctum exhibetur. Debilibus, febre lenta et hectica, aliisque febribus laborantibus ſolet praeſcribi, itemque hyſtericis et hypochondriacis, nec non cachecticis puellis, quibus menſtrua non fluunt iuſto tempore, aut quae laborant nimio ſanguinis ex vtero profluuio.

Tutius ſaepe infuſum, quam decoctum exhiberi, peruulgata eſt ſententia. Eum in finem ſaepius laudatur infuſio frigida, et ſufficere iamiam aliquot horarum infuſionem, multi affirmant. Menſtruum ſaepe eſt aqua communis, ſaepe aqua quaedam deſtillata, itemque aqua calcis, vinum hungaricum, rhenanum, ſpiritus vini gallicus.

Non-

Nonnunquam ex ſolo cortice infuſum parari ſolet, interdum vero alia medicamenta roborantia, ſtomachica addi ſolent. Quodſi vinum rhenanum eligitur pro menſtruo, tunc non inepte Cinnamomum, et limatura martis puriſſima adiicitur.

Infuſum ſtomachicum, quod Edinburgenſes amarum vocant, laudes meretur in permultis chronicis morbis, ſed praeſtat aliud

Elixirium ROBERTI WHYTT.

Rec. pulu. Cort. Peruu. opt. *vnc. quatuor.*

rad. Gent. rubr.

flau. Cort. aurant. ana *vnc. vn. et dimid.*

Spirit. Vin. Gallici *libr. quatuor.*

Digere per ſex dies, balneo arenae, cola. Interdum ad vim augendam medicamenti huius, inuentor miſcuit huius infuſi libram vnam, et ſpiritus Lauendulae compoſiti Edinburgenſis vnciam vnam aut plures.

Eſt hoc medicamentum tantae virtutis, vt eo in artis exercitio carere nolim. Non ſolum enim eſt hypochondriacorum panacea, ſed et in aliis morbis ſtomachicum optimae virtutis, quod quidem centies et ſaepius expertus ſum.

Eſt alias vſitatiſſima formula, quae iubet Corticem peruuianum et ſerpentariam virginianam cum ſpiritu vini gallico leni digeſtione extrahere, et ab Anglis primo laudari coepit.

Conuenit ſaepius infuſa leni ebullitione menſtrui ad ignem parare, ſic v. c. infuſa laxantia ex rheo, manna, Tamarindis, Caſſia, cremore tartari, aut alio quodam ſale, mirabili Glauberi, Seignette, in praecipuis febrium generibus vſitatiſſima conſtituunt medicamenta, quae leniter ſaburram euacuant, et vim morbi ipſius infringunt, vt praemiſſis his euacuantibus, ſubinde iterata vice propinandis, digeſtiua leniora ſaepius ſufficiant.

Morbi acuti admodum pauca deſiderant remedia, ſed iuſto tempore, et mature ſatis data. Chronici vero morbi poſcunt ſelectiora inprimis roborantia, diu nonnunquam continuanda.

Etenim continuatus vſus, digeſtioni alimentorum inſeruiens, ſenſim ſenſimque corrigit et emendat ſuccorum prauitatem, vt morbi ipſi inſanabiles ſaltim mitigentur. Non inepte itaque multa ſibi promittunt principes medicorum, ab vſu roborantium et ſtomachicorum, in permultis chronicis morborum generibus, podagra, et cachexia varia, et turbatis inde excretionibus variis.

Et

Et haec quidem eſt ratio praecipua, cur b. Fr. Hoffmannvs adeo frequenter et liberaliter dederit Elixir ſuum viſcerale, quod praeter morbos recenſitos locum inuenit in debilitate quacunque ex omni morbo vehementiori orta, quodque ex morbo conualeſcentibus ſaluberrimo effectu propinare ſolent medici fere omnes.

Eſt elixir illud viſcerale Hoffmanni a beato Kleinio emendatum, nobiscum fideliter communicatum, quod ſummas iuſto meretur laudes, quodque ex longo iam tempore larga manu aegrotis meis exhibui, ac nunquam fefellit ſpem meam, ſed vi qua pollet ſingulari, robur reſtituit optime ex morbo quocunque, ſiue acuto, ſiue chronico, amiſſum. Eſt vero formula haec:

Rec. Cort. aurant. rec. *vnc. vn. et dimid.*
Contunde in mortario, adde
Extr. Card. bened.
Cent. min.
Gent. rubr.
C. Caſc. aquoſ.
Myrrh. Aquoſ.
ana *drachm. duas,*
Arcani Tartari, *vnc. dimid.*
Miſc. et dig. c. vin. hiſpan. aut aquae menth. vinoſ. libr. II. F. Elixir, cuius doſ. gutt. 60-100.

Illud elixir conuenit optime hypochondriacis, itemque ſi verno tempore, vſu ſeri lactis et ſuccorum herbarum atram bilem eliminare cogitamus, praeſtat ante meridiem doſin huius elixirii aſſumere, ne ventriculus euacuantium laudatorum vſu nimis debilis euadat, ſed ciborum digeſtio eo melius perfici queat.

Hic loci non erit ſuperfluum, in vſus iuniorum medicorum, praecipuas regulas de conficiendis elixiriis exponere, ſimulque formulas nonnullas communicare. Frequentioris vſus ſunt hodie ſolutiones extractorum, quae praeſtant fere tincturis olim vſitatis, cum vix aeſtum in morbis augeant, et magna ſit horum virtus in reſerandis viſcerum obſtructionibus, a quibus praecipui morbi chronici origines repetunt. Sufficit pro menſtruo ad drachmam integram extracti, aquae deſtillatae cuiusdam vncia vna. Nonnunquam pro drachmis tribus extractorum ſufficiunt vnciae binae menſtrui, vt fiat elixir ſpiſſioris conſiſtentiae, guttatim tunc ex aqua fontana aſſumendum. Catalogum extractorum ſupra dedi. Electionem docet indicatio. Aqua, ſi habetur, eligitur appropriata, ſic v. c. extr. fl. chamom. ſoluitur in aqua propria, extr. Rutae in eadem aqua, extract. Taraxaci in aqua

aqua propria, inprimis vero per fermentationem parata, quod quidem medicamentum efficax, et propria peritia dein comprobatum, didici ex diſſ. DELII et SCHROEDERI, lectu digniſſima. Saepius haec ſolutio mirifice profuit in ſananda ſcabie foeda et rebelli, et potenter ſatis infarctus hepatis ſoluit. Nonnunquam dilutiori paullulum forma haec elixiria praeſcribi ſolent, iisque ſal quoddam adiicitur.

Formula vtor frequenter ſeq. in modum concinnata.

Rec. Extr. Tarax.
Tartari Tartariſ. ana *vnc. dimid.*
Aquae Tarax. per ferment. parat. *vnc. decem.*

Miſc. D. quater ſingulis diebus cochlear vnum, ſuperbibendo inprimis infuſum quoddam amarum.

Placet inprimis nobis infuſum ex herba chamaedr. et chamaepyt. paratum, quod alias vix vnquam ſpem fefellit meam.

Menſtruum commune et hodie vſitatiſſimum eſt aqua meliſſae ſimplex.

Liquor Arthriticus ELLERI.

Rec. Liqu. anod. min. HOFFMANNI
Corn. Ceru. ſuccinat. ana
Miſc.

Primus, ni fallor, hoc remedium adhibuit b. Ellervs, quod nuper in libello eius de *cognoſc.* et *curand. morb.* deſcriptum legitur. Frequentioris vſus erat in noſocomiis exercitus Regis Pruſſiae, et ab eo tempore cum Longoſaliſſae, tum Gottingae, in collegio Clinico frequenter dedi aegrotis meis, et multiplici vſu nunc edoctus ſum, eſſe medicamentum incomparabile in rheumatismo chronico, et arthritide chronica, aliisque ſpaſmis et doloribus eius generis chronicis. Dantur pro doſi guttulae viginti et plures. Veſpertino tempore ſaepius dedi ſimul pilulas gummoſas, infra recenſendas. Si elixirio admiſcetur oleum Kaiaputi verum, tunc eius vis contra ſpaſmos maior deprehenditur, vt nolim eo remedio in artis exercitio carere.

Potio mediae indolis artificio ſimpliciſſimo miſcetur. Recipitur aquae deſtillatae libra integra, ſyrupi cuiusdam vncia vna, duae, Nitri drachmae aliquot, aut Cremoris Tartari, vel ſalis Seignette eadem, immo maior quantitas, ad drachmas quatuor vsque, vel ſalium loco ſpiritus vitrioli, cuius nunc ſufficiunt drachmae duae, nunc tres vel quatuor deſiderantur, pro vario ſcopo medici.

Spiritum *Mindereri* Edinburgenſes p. 84. ſeorſim nobiscum communicarunt. Sed praeſtat

ſtat fere vehiculum affundere, ſequ. in modum

Rec. Aquae meliſſ. aut font. *libr. vn.*
Salis volat. Corn. Ceru. *drachm. vn.* vel *duas.*
Aceti vin. opt. q. ſ. ad ſaturat.

Mellis vncia vna, quam plerique in Germania admiſcent, temperat acorem ſaporis, et tanquam iuuans non inepte, vt mihi quidem videtur, adiici ſolet.

Haec potio ſiſtit ſpeciem ſalis ammoniacalis forma liquida. Sed ex longo etiam tempore in vſu fuerunt ſolutiones nonnullae, quae forma liquida continent ſal quoddam mediae indolis. Notiſſima eſt Potio RIVERII et CROLLII, quae in febribus intermittentibus laudes promeruit, et vomitum compeſcit.

Soluitur ſcilicet in aqua ſal tartari purum, vel abſinthii aut ſimile herbarum, per incinerationem paratum, et admiſcetur aut ſuccus citri, aut vitrioli ſpiritus, quantum ſatis ſit. Iubent hauſtum hunc, eo ipſo temporis momento aſſumere, quo efferueſcit, et expectant multi ab aëre euoluto, ſeu ſenſatione quadam, quam in ventriculo efficere ſolet, eximium effectum.

Parum ab eo remedio differt

Liquor Digeſtiuus Ph. Suec.

Rec. Salis alc. fix. veg. *vn. vnam*

Aceti Vini q. ſ. ad ſaturat.

Miſc.

Ego malim ſimul addere vehiculi loco aquam fontanam qu. ſ. et mellis vnciam vnam.

Quis non perſpicit, remedium naſci, arcano tartari valde ſimile, pauperibus inprimis commendandum, et virtutis eximiae reſolventis ac vrinam pellentis, cuius vſus eximius in hydrope vario, qui efficacia poſcit ſoluentia.

Aliud medicamentum nuperi laudant. Soluunt nimirum tartari emetici aliquot grana, duo, tria, in aliquot vnciis aquae fontanae.

Doſis ſaepe augetur ſenſim, vt oriatur vomitus, ſaepe minor doſis absque vomitu, mirabilia praeſtat, reſoluendo nimirum et eliminando humores ſeroſos per aluum et vias vrinae.

Vidimus ante paucos dies hydropicum, qui collegii clinici opem efflagitaret, vſu remedii huius conualeſcere ex morbo deſperato; cum exigua eſſet ſpes vitae conſeruandae.

Audacter hac forma dilutiori, ſubintellige parciſſima doſi, tenellis infantibus nonnunquam

quam eandem medicinam propinaui, et abſque iactantia dictum ſit, ex orci faucibus eripui nonnunquam, quos ſanari poſſe vix credidiſſem. Sed de his alibi dicam.

Potio quam pro ſcabioſis nuperi laudant, ex aqua et oleo vitrioli [addo ſyrupum Rubi Idaei], hic etiam locum meretur. Audacter quoque Elixir acidum HALLERI ex aqua ſumendum, ſcabioſis dedi, et haud ſemel ſalutarem effectum obſeruaui. Potio Ill. MVZELII recte nuperorum laudes meretur. Eſt vero tartarus tartariſatus et mel ſimplex, quae ſolui debent menſtruo aqueo.

Vltimo loco addam

Solutionem Aluminis Vitriolatam
b. MÜLLERI.

Soluitur alumen in aqua feruida, eiusque parca copia. Refrigeratis inſtilletur guttatim acidum vitrioli, ſiue ſpiritus, ſiue oleum, et mixtio crebro agitetur. Inſtillatio tam diu continuanda eſt, donec ſapor euadat gratus, acido citri non abſimilis.

Inuentor remedium ſuum deſcripſit primo in diſſ. ſingulari, de ſolutione aluminis vitriolica, et deinde in notis ad RICH. MEAD, *monita* et *praecepta medica*, p. 402.

Laudat in febre intermittente. Terram ſcilicet aluminis acido vitrioli nondum perfecte

 cte

cte ſaturatam iubet ſaturari. Promittit remedium effectus eximios in ſingulis morbis, quibus alias conueniunt remedia ex alumine, quae virtute ſua longe ſuperare videtur. De alumine draconiſato infra dicam.

ACETA.

Praeter acetum ſcillae in Ph. Edinb. occurrit nullum. Verum eſt, nimiis laudibus aceta ſua ornaſſe anteceſſores noſtros. Sed nimium videtur reformationis ſtudium, ſi omnes formulas prorſus reiicere velimus. Nolim carere aceto camphorato. Soluitur camphorae v. c. drachma integra guttulis aliquot ſpiritus vini, et terendo ſenſim admiſceantur vnciae decem aceti vini. Habebis acetum prophylacticum, bezoardicum, antiſepticum, inſignis virtutis.

Aceto vini mira ineſt ſaepe vis refocillandi neruos hyſtericarum. Summitates Rutae rec. Caſtoreum, Aſſa foetida, Galbanum, cum aceto infuſa, laudantur a ſummis medicis, et ab Anglis ex longo iamiam tempore, et nos Germani *imitatores* — diu laudauimus. Teſtes prouoco MYNSICHTVM, KLEINIVM. Farrago ſolummodo diſplicet et cenſuram meretur.

DE-

DECOCTA.

Decoctum hordei, altheae radicis ſimplex, Simarubae, Corticis Peruuiani, ptiſanae quaedam, conſtituunt pharmaca hodie vſitatiſſima.

Placet decoctum Altheae radicis, quod et Viennenſes frequentiſſime ſolent propinare, addito ſolummodo ſyrupo altheae ſimplici. Satisfacit etenim ſcopis medentium ex voto, in permultis acutis et chronicis morborum generibus, quibus conducit emolliens, forma potus, fotus, clyſteris, vt reliquis facile carere poſſimus. Sed cum inſignis ſit copia mucilaginis huius radicis; iuſta quantitas aquae affundenda, quam recte definiunt Edinburgenſes libram vnam pro vncia radicis, idque ad minimum, coquendo enim pars aquae diſſipatur, nimiumque ſpiſſeſcit decoctum.

In decocto hordei largam gummi arabici copiam poſſe ſolui, cum potus lubricans, demulcens deſideratur; notiſſima res eſt.

Sydenhami decoctum ego pauliſper mutaui. Non placet enim mihi vſus cornu cerui vſti, quod nunquam recipio. Decoctum itaque noſtrum commune conſtat ex cornu cerui raſo, gummi arabico, et cruſta panis ſimilaginei; omnium pondera aequalia, ex aquae iuſta copia coquenda. Nonnunquam, abſente ſcilicet febre, libris nonnullis huius

huius decocti mucilaginoſi admiſceri poteſt parcior copia aquae Cinnamomi aut florum Naphae, aut ſyrupus acidus v. c. Berb. Rub. Id. cum aeſtum temperare ſit ſcopus. Conuenit cum decocto cornu cerui citrato, olim valde vſitato.

Species pro Ptiſana.

Rec. *rad. Gramin.*
Tarax.
Cichor. ana
Sem. Foenic. q. v.
C. C. miſc.

Eſt haec ptiſana ſimpliciſſima, ab omni ornatu nimio aliena, qua vtor quotidie in morbis aegrotorum collegii clinici, quod liberalitate Regis, nunc quartum in annum continuare contigit. Non video, cur magis compoſita formula vti debeam. Nonnunquam ſtipites dulcamarae, aut ligni ſaſſafras, guaiaci, Iuniperi, aliquam copiam adiicio.

Graminis radicis (modo ſelecta ſit) vires nuper Ill. SCHREBERVS peculiari libello magis magisque, veterum atque recentiorum teſtimoniis confirmauit.

Decocto Peruuiani corticis, vt fiat magis efficax, ſolet addi portio ſalis tartari. Eſt vero monitum generale, hoc remedium non inue-

inuenire locum in fuſione humorum, et ſudore colliquatiuo. Simplex decoctum, absque omni additamento ſaepius praeſtat, et aliquando nonnulla ſalubriter adiiciuntur. WERLHOFIVS pulueris et decocti forma vſus eſt combinatione corticis et cinnamomi. Vt emendat ſaporem, ſic ad vim augendam remedii ipſius facere videtur. Etiam Corticis Peruviani decocto nuperi frequenter ſatis camphoram adiiciunt, quam quidem mixtionem, clyſterum forma inprimis, perutilem inueni in morbis a vermibus. Et ſerpentariae radix, ſub finem coctionis decocto corticis addi ſolet, vt pauliſper ebulliat adhuc, grata inprimis hyſtericis medicina, et in aliis morborum generibus antiſeptica ſimul. Decoctum nunc ſit concentratum, nunc diffuſius. Coqui ſolet igitur ſaepe cortex cum aquae libra ad vncias octo ſuperſtites. Si vis antiſeptica ſcopum medici primarium conſtituit, tunc ſpiritus vitrioli (non oleum, vt tiro ex ignorantia ſcripſerat) ad drachmas aliquot, circiter quatuor vsque, nec non ſyrupi cuiusdam, ſaporis grati, Rubi Idaei, portio additur. Placet aliis ipſius aluminis puluis. Haec quidem in putridis febribus. In chronico morbo tinctura martis admixta, auget vim decocti corticis peruuiani roborantem.

Spige-

Spigelia Anthelmia ex aqua cocta, remedium eſt anthelminticum princeps noſtro tempore.

Salab radix immenſam largitur mucilaginis copiam, hinc parca eius copia cum aqua multa eſt coquenda, ſicciſſima enim radix cocta intumeſcit, et tota fere pellicula exteriori excepta, in mucilaginem, gelatinae ſimilem ſoluitur. Etiam parcior copia ſimarubae pro decocto ſufficit. Innotuit nuper vis foliorum aurantiorum, decocti forma, contra epilepſiam. Praeſtat et folia aurantiorum et valerianae radicem, vaſe clauſo, leni igne, coquere ſimul. Remedium in epilepſia verminoſa praeſtat. Vtor interdum decocto hydragogo, quod in hydrope ſaepius profuit. Coquitur ſcilicet gummi guttae ex aqua, et ſenſim inſtillatur oleum ſic dictum tartari, ſeu ſal tartari, aqua ſolutum, quod mitigat omnino vim draſticam purgantem gummi guttae. Illud medicamentum ab igne remotum et refrigeratum, guttatim exhibitum, per vias vrinae ſolet aquas hydropicorum euacuare, larga nonnunquam excretione et critica.

SYRVPI.

Vix hodie ſyrupi compoſiti ſolent parari. Frequentius olim in Germania in vſu erat ſyrupus compoſitus ex rheo. Eam formulam

ego

ego ſimpliciſſimam feci. Omitto ſcilicet quaeuis ſuperflua, et ſolummodo ſuccis Taraxaci, Fumariae, Cichorii, mixtis et inſpiſſatis ſimul vtor. Quibus rheum ipſum, electum, pulueris forma, doſi facile limitanda, adiicere iubeo. Is eſt meus ſyrupus infantum, qui certe ſcopo ſatisfacere videtur. Si admiſcetur ſimul oxymel ſquillae, naſcitur ſpecies linctus praeſtantioris in pectoris oppletione, aliisque infantum morbis vtilis. Expectorantia plurima, olim vſitata, valde diſplicent ac nocent relaxando nimium, et rancore ſuo, vt inepta mixtio vſitatiſſima olim ex ſpermate ceti, vix non ſemper rancido, et oleo amygdalarum dulcium. HIPPOCRATES, ſi noſtro viueret tempore, certiſſime probaret mixtionem oxymellis ſcillitici et grani vnius ſulphuris aurati ad vnciam ſcilicet vnam illius, bibendo ſimul decoctum altheae, quod medicamentum ſchola BOERHAAVII primum adhibere coepit.

Linctus acidus fit optime ex ſyrupo Rubi Idaei et ſpiritu vitrioli. Nunquam vſus ſum ſyrupo violarum, aut capillorum veneris, ſtramineo non inepte appellando, vterque nimirum viribus caret, et ille plerumque a pigmento coeruleo, coeruleum habet colorem. Syrupus ſeminum papaueris albi perperam habetur pro anodyno. Riſit iamiam fabulam

b.

b. VOGELIVS. Alia eſt ratio ſyrupi Diacodii, cuius tamen vſu fere ſolo nolim variolis mederi, ſicut fecerat ANT. DE HAEN, vt patet ex eius *ratione medendi.*

PVLVERES.

Praeſtant remedia nonnulla pulueris forma, et connubio quidem iuuantium. Huc pertinet inprimis cortex peruuianus, nulla alia forma aeque efficax. WERLHOFIVS addidit puluerem cinnamomi, cum in febre intermittente propinaret. Debilibus ſolummodo, quorum ventriculus non fert facile puluerem, propinamus infuſum, decoctum, elixir. Limatura ferri forma pulueris optime conuenit, non aeque facile enim ſoluitur extractis mixta et in formam pilularum redactà, quod facile quidem largior. Puluis febrifugus ex cortice peruuiano et ſale ammoniaco, toties vſu ſeſe comprobauit ſaluberrimus, vt nolim prolixiore ſermone laudare. Etiam ſtannum raſum contra Taeniam, cum conſerua quadam boli forma deglutiendum eſt. Gummi guttae, radix filicis, contra vermes, et Taeniam inprimis, frequentius pulueris forma laudantur. Cremor Tartari cum ſale ammoniaco, aut rhabarbaro vnitus, ſiſtit hodie frequentioris vſus puluerem digeſtiuum, in febribus et intermittentibus et remittentibus.

Quum

Quum vero Cremor tartari non adeo facile ſolui queat ab humoribus noſtris, et ſaepe cardialgiam mouiſſe viſum ſit, coquitur ex ingenti aquae copia, et decocto pro ſapore grato additur ſuccus citri, aut ſyrupus Rub. Id. Hoc remedio ſaepius ſanantur febres bilioſae et hydrops a bile et ſpaſmis originem habens, alias enim nimium laxitatem corporis auget et nocet.

Laudat Kleinius puluerem, cuius vſu ſaepiſſime contigit mederi feliciter praecipuis hypochondriacorum ſymptomatibus, quae ſunt ſoboles ſaburrae primarum viarum, malaeque digeſtionis. Eſt formula ſequens.

Rec. pulu. flau. Aur. cort.
rad. rhei opt.
tartari tartariſati,
ana gr. xx-xxx.

Miſc. pro doſi. Oleum caiaputi pluries ſaccharo puluériſato ad guttas tres, quinque commiſcuit, ſpaſmis et flatibus vrgentibus.

Omnino repetitus vſus huius pulueris permultis hypochondriacorum ſymptomatibus medetur ſimul. Abſtergit nimirum, bilem rancidam, et acidum corrigit, leniter purgat, et motum periſtalticum reſtituit.

Saccharum Myrrhatum Hoffmanni.

Conſtat ex ſaccharo albo et aliqua portione extracti myrrhae aquoſi. Nuperi loco ſac-

chari vulgaris ſumunt ſaccharum illud lactis. In vera pulmonum phthiſi ab vlcere, magis prodeſt, quam Balſama reliqua natiua, quae nimium exaeſtuant, calorem ſiccum et febrim augent, vt noceant potius, quam proſint. Non equidem ſanat phthiſin conſummatam, quam nullum ſanat remedium, ſed vlcus tamen purgat, abſtergit blande, et puris ſputa educit, vt absque moleſtia facile poſſint exſcreare aegroti, et ſatis eſt noſſe remedium, quod ſymptoma praecipuum mitigat, ſi non tollit.

Puluis Ophthalmicus.

Rec. Sacchari alb.
Boli alb. vel rubr.
Crem. Tartari, ana
Miſc. F. pulu. ſubtiliſſ.

Applicetur absque irritatione et absque flatu inprimis, quotidie parua portio huius pulveris, oculo. Sanat certiſſime continuato vſu, ad miraculum ſane, oculum panno craſſiori obſcuratum, et viſum reſtituit. Iuuit ſaepe in deſperato caſu, vbi vix exſpectaſſem. Pellis certe ex variolis ſuperſtes hoc puluere in integrum conſumitur. Inuentorem huius pulueris ignoro. Vidi ſaepius et plus quam centies effectus eius ſalutares, antequam innoteſceret mihi eius compoſitio. Sed ratio eximii effectus patet. Saccharum et reliqua

ingre-

ingredientia ſunt abſtergentia et pannum conſumunt, partim mixtione partium, partim mechanica quadam ratione. Tantum abeſt, vt ab eius vſu oriatur oculi inflammatio, vt potius praeſentem ophthalmiam tollat, quod ſaepius animaduerti. Procul alienus ſum ab empirica morborum medicatione, ſed quis medentium non amat remedia certa, fida, et quae non noceant? Singula haec de meo remedio affirmare poſſum, qui ſaepiſſime teſtis fui eximii effectus. Permulta collyria oculum nimis vehementer irritant, alia perſpirationem eius impediunt, et viſum vix reſtituere apta mihi videntur, quorſum et pertinent pinguia varia, oculis illinenda, quae, quod ipſe obſervaui, ſaepius caecitatem ipſam intulerunt.

Puluis purgans ex rheo aut ialappae radice deſiderat iuuans, quod augeat facile vim. Eligitur inprimis Cremor Tartari, aut Tartarus vitriolatus, nam nonniſi debiles purgat minor moles tartari tartariſati, vt rarius id ſal addere iubeant medici. Pauca grana ipecacuanhae et granum vnicum tartari emetici vomitum certiſſime mouent, et eligitur haec mixtio, quoties intereſt ilico turpem hoſtem eiicere foras, antequam trucidare poſſit. Cunctando etenim ſaepius medici peccare ſolent, et monitum eſt generale, ea non facile adhi-

benda eſſe pharmaca, quae ſpem non adimplent.

Mixtio rhabarbari cum granis aliquot ipecacuanhae, parca ſed repetita doſi, ſaepe ſanat profluuia alui tuto ſatis, ſed promiſcue hoc remedio vti velle, abſonum foret omnino, praeſtat enim ſaepius vna vice ſtatim tubum cibarium a ſordibus repurgare, et deinceps, quae neceſſaria ſunt, remedia propinare.

Cortex Peruuianus cum rheo interdum miſcendus eſt, aut cum camphora, ad vim eius augendam. Vltima mixtio hodie in chirurgicis morbis frequenter adhiberi cepit, et iuſtas laudes meretur.

Ab vſu pulueris alterantis Plvmmeri multoties vidi eximium effectum, quanquam largiri velim eius aduerſariis, interdum fruſtra exhibitum fuiſſe. Sed quaenam pharmaca nunquam dedimus fruſtra?

Moſchus in puluere cum ſaccharo exhibendus eſt. Parcior doſis ſaepe vix iuuat, ſed maior profuit omnino, quod ipſe obſeruaui. Sed moſchum nolim ego vna cum acido minerali ſimul propinare, ſicut nuper legi. Peccant quotidie fere medici in ſcribendis formulis, et ſuperflua aut noxia miſcent, vt ſimpliciſſima mixtio vix ſatis laudari et commendari poſſit.

poſſit. Quoties dicere coacti fuimus, inanem pharmacorum mixtionem eſſe praecipuum impedimentorum, quae non ſinunt, vt medicina practica noua capiat incrementa!

ELECTVARIA.

Haec quidem vix in officinis aſſeruanda ſunt, nam oritur fermentationis ſpecies, et mixtionis et virium deſtructio. Electuaria medendis febribus et morbis a vermibus, idonea ſunt. Simpliciſſima ſunto excipientia, Roob, Conſerua, aut ſyrupus, vt doſis ſit magis arbitraria. Saporis non item ratio haberi ſolet, et magni fere omnes BOERHAAVII diſcipuli parum cupiunt placere guſtui aegrotorum. Horum dogmata in eligendis pharmacis, quibus ineſt vis remedialis, nunc quidem per viginti annos mea facere ſtudui, et dilectiſſimis auditoribus meis inculcare non neglexi.

Electuarium Anthelminticum STOERCKII.

Rec. Salis Polychreſt. Glaſeri
Pulu. rad. Ialapp.
Valerian. ana *drachm. vnam.*
Oxym. ſquill. *vncias quatuor*

F. Elect. molle, detur adultis quotidie quater ſingulis diebus vncia dimidia, aetate iunioribus vero drachma vna, aut drachmae duae.

Ei. Elect. Febrile.

Rec. Sal. Polychreſt. Glaſeri, *drach. vn.* et *dimid.*
Pulu. Cort. Peruu. *vnc. dimid.*
Conſeru. Naſturt. aquat. (vel Fumar.) *vnc. quatuor*
Syrup. Card. bened. *drachm. vn.* et *dimid.*
aut q. ſ.
F. Elect. moll.

Ei. Elect. Hydropic.

Rec. Sal. Polychr. Glaſ.
Pulu. rad. Ialapp. ana *drachm. vn.*
Conſeru. Naſt. aquat. *vnc. quatuor*
Syrup. Fumar. *vnc. vn.*
Miſc. doſ. *vnc. dimid.*

Similes formulae occurrunt in libro GORTERI, ad mentem BOERHAAVII concinnatae. Quum morbi recenſiti, quod cauſſam attinet materialem, cognatione quadam naturali ad vnum idemque genus pertineant, ſimilibus quoque remediis profligari ſolent. Quodcunque horum electuariorum vermium nidos deſtruit, pituitam et vermes expellit, nunc mortuos, nunc viuos, atque vix vnquam fefellit ſpem meam. Frequenter Longoſalisſae, et hic Gottingae in collegio clinico, vſus ſum eius generis electuariis, et ſemel conti-

git

